Nisi forte hic potius, prima et media ac postremæ, vitæ nostræ ætatisque via occulte innuitur, Deo hoc agente, ut quam maxime licuerit, puerilem virilemque ac senilem ætatem caste transactas, illi offeramus. Quemadmodum et Dominus noster Jesus Christus in Evangelio⁹⁰ præcipit, ita sanciens : *Lampades vestrae ne extinguantur, et lumbi vestri ne solvantur. Ideo et vos similes estote hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit et pulsarerit, confessim aperiant ei. Beati eritis, quia faciet discubere vos, et transiens ministrabit. Et si in secunda vigilia, et si in tertia, beati eritis. Considerate enim, quemadmodum tres noctis designando vigilias (vespertinam et secundam et tertiam) tresque suos adventus, o virgines, triplicem ætatum nostrarum vicem innuerit, puerilem scilicet, adultam ac senilem. Nempe hoc satagens, ut sive primam agentes ætatem (hoc est puerilem) ex mundo assumpturus venerit, paratos nos ac mundos nullique pravo instituto adductos inveniat ; ac similiter sive alteram decurrentes, sive tertiam. Vespertina enim custodia ætatis flos est et juventus, cum mens turbari incipit vitæ alternationibus, pubescente jam carne atque in libidinem gestiente. Secunda vero in virum jam perfectum proiecta, quando mens quietem ac firmitatem adversus perturbantes motus inanemque jactantium incipit assumere. Tertia denique cum magna pars desideriorum ac cogitationum evanescit, marcescente jam carne atque in senium vergente.*

A ἐκπέτη, καὶ ἔξολισθήσῃ τῆς ἀνθείας. Οὕτω γάρ εντελής ἔσῃ καὶ ἀνεπιληπτός, ὡς Ἀβραὰμ, ἀναθεὶς ἐμοὶ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν αἰσθησιν καὶ τὸν νοῦν, ἀ συμβολικῶς δάμαλιν Ἐφη καὶ αἶγα καὶ κριὸν τριετίζοντα, οἷονετ τὴν γνῶσιν ἀκακέμψατον τῆς Τριάδος ἐπανηρημένα.

Tάχα δὲ καὶ τὴν πρώτην καὶ τὴν μέσην καὶ τὴν τελευταίαν τοῦ βίου καὶ τῆς ἡλικίας ἡμῶν ανίσσεται τρίβον, βουλόμενος, ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ τὸν τῶν παῖδων καὶ τὸν τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γεραιτέρων χρόνον σωφρόνως βιώσαντας, αὐτῷ προσενέγκασθαι· καθ' ἓν τρόπον καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν Εὐαγγελίοις παρακελεύεται Ἰησοῦς Χριστὸς, ὃδε θομοθετῶν· Οἱ λύχνοι ὑμῶν μὴ σβεννύσθωσαρ, καὶ οἱ δσφύες ὑμῶν μὴ λυέσθωσαρ. Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι γίνεσθε ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον αὐτῶν, πότε ἀραλύσῃ ἐκ τῶν γάμων, ἵρα ἐλόρτι καὶ κρούσαρτι αὐτῷ εὐθέως ἀρολέωσι. Μακάριοι ἔστε, διτι ἀρακλινεὶ ὑμᾶς, καὶ παρελθὼν διακονήσει· καὶ τῇ δευτέρᾳ, καὶ τῇ τρίτῃ φυλακῇ, μακάριοι ἔστε. Ἐπισκέψασθε γάρ, διτι τρεῖς ὑποθέμενος φυλακὰς νυκτὸς, ἐπερινὴν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην, καὶ τρεῖς ἐσυτοῦ παρουσίας, ὃ παρθένοι, τὰς τρεῖς ἡμῶν τῆς ἡλικίας ἤνιξατο μεταβολὰς, τὴν μερικιώδη καὶ τὴν πρόστην καὶ τὴν πρεσβυτικήν· ἵνα καὶ τὴν πρώτην ἀγονίας ἡλικίαν, τουτέστι παιδας ὄντας, ἐὰν ἐλογιῇ παραληφόμενος τοῦ κόσμου, ἐτοίμους καταλάθῃ καὶ καθαροὺς, μηδὲν ἐπιτετρευκότας σκαίον· καὶ τῇ δευτέρᾳ ὅμοίως, καὶ τῇ τρίτῃ. Ἐπερινὴ γάρ φυλακὴ ὁ καιρὸς ἔστι· τῆς ἀκμῆς τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἡ νεότης, καθ' ἣν ἀρχεται ταράσσεσθαι τὸ ἡγεμονικὸν, ἐπιθολούμενον ταῖς ἔξαλλαγαῖς τοῦ βίου, ἡβώσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς ἥδη καὶ τρεπομένης εἰς πάθος. Δευτέρα δὲ, ὀπηνίκα λοιπὸν εἰς ἀνόρα τέλειον ἐλάσας, ὀρχεται στάσιν (72) καὶ βεβαιώτητα τῶν θορύβων ὁ νοῦς προσταμβάνειν καὶ τῆς οἰήσεως. Τρίτη δὲ, διτι αἱ πλεῖσται φαντασίαι φύινουσι τῶν ἐπιθυμιῶν, ἀπομαραίνομένης ἥδη τῆς σαρκὸς καὶ εἰς γῆρας προκυπτούσης.

CAP. III. A pueri virtutem colere, longe optimum.

Quonobrem convenit, accensa in corde quæ semper ardeat fidei lampade, et lumbis balteo castitatis succinctis, nos vigilare ac Dominum semper expectare, ut sive in prima ætate nostrum aliquos ve-

διὰ προσήκει ἀσθεστον ἐν τῇ καρδίᾳ πίστεως ἔξαγαντας λύγνον, καὶ δσφύην ἀναζωταμένους τῆς σωφροσύνης, ἐγρηγορέναι καὶ προσδοκῶν ἀεὶ τὸν Κύριον· ἵνα, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ παραλαβεῖν ἡμῶν

⁹⁰ Luc. XII, 33, 38.

(72) Ἀρχεται στάσιν. Hic status priori contrarius describitur, qdō ἀρχεται ταράσσεσθαι, mens turbari incipit passionibus ac libidinum æstu : altero itaque, adulta jam ætate et in virum proiecta, sedari incipit roburque nancisci alversus turbationes ejusmodi et passiones, quæ penè evanescunt senili ætate, membris jam frigentibus. Non bene Possinius vocem στάσιν, statu niti quadam incipit : est enim hic, quam Aristoteles κτνήσει opposit, id est quies : qu m qui statum reddit ea acceptione, plane βροθεπίσει, nec Latina vocem Græcam exponit. Nihil fel-

cios explicata vox οἴήσεως. Possinius, erroribus vitæ dominari; Aliatius, resectis opinationibus. Est hæc alterum vitium, quo maxime laborat adolescentia, inanis quædam jactantia et arrogantia, τύφος : qui ipse affectus in viro jam matuoriore ætate ac sensu saniore, mitescit ac sedari incipit : idem quod οἴημα : unde οἴηματις, superbus, insolens (a), qui de se magna concipit : ita juvenes per inexperientiam ac calore sanguinis : quæ sic docte expressa Methodio, verborum phaleris alio trahere non convenit. COMB.

(a) Ita quoque Budæus Comment. L. G., v° οἴησει, unde sua hauisse videtur Combeſius. Adisis Hesychium, v° οἴησει, noviss. edit. tom. II, pag. 725. GALL.

τινας βουλτοῦ, καὶ ἐν τῇ θευτέρᾳ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ εἰλθών, καὶ εύρων ἑτοιμοτάτους, καὶ ἡ προσέταξεν ἔργα ζομένους, ἀνακλωεῖ τοῖς Ἀδραῖμ κόλπους καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ. Ιερεμίας δὲ, Ἀραθὸν, φησὶν, ἀρδότι, διατρέψας ἡ ζυγὸν ἐν τεύτητι αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κυρίου μὴ ἀποστῆλη ηὔψυχη αὐτοῦ. Ἀγαθὸν γάρ ἐκ παιδῶν, ὡς ἀληθῶς, ὑποθέντα τὸν αὐγένα τῇ θείᾳ προσοχῇ (73), μὴ ἀποστέλλεται μέχρι γήρως τὸν ἐπιβάτην καθαραῖς φρεστὶν ἐποχούμενον, ἃν τὸν λογισμὸν εἰς τὰ χείρων καθέλκοντος τοῦ πονηροῦ. Τίς γάρ οὐ τὰς δι' ὅμματων, τίς δ' οὐ τὰς δι' ὄντων, τίς δ' οὐ τὰς διὰ γεύσεως, ὁσφρήσεως τε καὶ ἀφῆς τὸν γάντινος καὶ τέρψεις ἀποδέχεται, τὴν ἡγεοχὸν μὴ φέρων σωφροσύνην, εἴργουσαν καὶ καθαιμάττουσαν τὸν ἴππον τῆς κακίας; Ἐτερος μὲν οὖν εἰς ἔτερα ἐπιβλέψας ἄλλα δοξάσει· ἥμεται δὲ ἀνατιθέναι λέγομεν ἑαυτὸν τελείως Θεῷ, ὃς καὶ τὴν σάρκα ἄχραντον (74) ἐκ παιδῶν φιλοτιμεῖται φυλάττειν, παρθενίαν ἀσκεῖν. Περιπουδάστους γάρ, μεγάλας ἐλπίδων δωρεὰς τοῖς ἀριεμένοις αὐτῆς ταχέως φέρει, τὰ λυμαντήρια τῆς ψυχῆς ἀπομαραίνουσα πάθη καὶ ὑπεκκαύματα. Φέρετρα, εἰσηγήσωμαι πῶς ἀνακείμεθα τῷ Κυρίῳ.

CAP. IV. Perfecta Deo consecratio et devoatio, quænam?

Τὸ γοῦν, Μεγάλως εὑξασθαι εὐχὴν, ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς νομιθετούμενον, τοῦτο παρίστησιν, ὅπερ ἐπὶ πιέσον ἐγὼ διηγησαμένη ἀποφαίνω, μεγάλην εὐχὴν εἶναι παρὰ πάσας εὐχᾶς ἀποδεικνύουσα τὴν ἀγνείαν. Τότε γάρ ἀνάκειμαι προφανῶς πᾶσα τῷ Κυρίῳ, ὅπότε μὴ μόνον τὴν σάρκα συνουσίας ἀνέπαφον, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἀποτημάτων ἀσπιλον τηρεῖν ἀγωνίζομαι. Ἡ γὰρ ἀγαλακτοῦ, φησὶ, μεριμνᾶ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ οὐ μόνον ἵνα μὴ χωλήν τῆς ἀρετῆς κατά τι μόριον ἀπενέγκηται τὴν δόξαν, ἀλλ' ἀμφώ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν τῷ πνεύματι ἀγιάζηται, ἀναθεῖται τὰ μέλη Κυρίῳ. Τι γάρ ἔστι τὸ ἀναθεῖναι ἔχοντὸν τελείως Κυρίῳ, λεκτέον. Εάν ἐπὶ τῶνδε μὲν ἀνοίξω τὸ στόμα, ἐπὶ τῶνδε δὲ κατακλείσω· οἷον, ἀνοίξω μὲν περὶ τὰς ἔξηγήσεις τῶν Γραφῶν, εἰς τὸ ὄρθονόξως ὑμνῆσαι καὶ μεγαλοπρεπῶς κατὰ δύναμιν τὸν Θεόν· κατακλείσω δὲ, θύραν αὐτῷ θεμένη καὶ φυλακήν, τοῦ μάταια μὴ λαλεῖν· ἀγνεύει μου τὸ στόμα καὶ ἀνάκειται τῷ Θεῷ· Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γέγονεν, δργανὸν σοφίας· γράψει γάρ δι' αὐτῆς ἀριδήλοις γράμμασιν, ὑπὸ τοῦ βάθους καὶ τῆς δεινότητος τῶν Γραφῶν φωτίζων τὸν νοῦν (75), τοῦ Πνεύματος ὁ Λόγος (76), ὁ Κύριος.

⁷³ Thren. III, 27. ⁷⁴ Jer. xvii, 3. ⁷⁵ Num. vi, 4. ⁷⁶ I Cor. vii, 34. ⁷⁷ Psal. cxl, 3. ⁷⁸ Psal. xliv, 2.

(73) *Tῆς θείᾳ προσοχῇ.* Virtutis diligentia est ac sedulitas; ac, quod reddebam, *disciplina*: quo argumento præclare inter reliquos Basilius. Attentio dicatur, per me licet; προσευχῇ quod habent Mazar. et Allatius, non placet. Et quidem oratio vel maxime virginī necessaria ut se contineat; sed huic accedant necesse est, etiam reliqua virtutis exercitia atque opera, ut sit plena sanctificatio ac oblatio. COMBEFIS.

(74) *Tὴν σάρκα ἄχραπτον.* Necessario istud assumptum ex Allatio. Ille namque perfecta Deo con-

A sit assumere, sive in secunda, sive in tertia veniens, paratissimosque inveniens et quæ mandavit exsequentes, in sinu Abrahæ, Isaac et Jacob reclinet. Jeremias vero. *Bonum*, ait, *est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua* ⁷¹; *et a Domino non recesserit anima ejus* ⁷². Bonum sane, a prima æate et a puero supposita divinæ disciplinæ service, ad senectam usque non excutere sessorem puris mentibus insidentem, cum diabolus in deterrus vitiumque animum trahere nunquam desinat. Quotus enim quisque est, qui non per oculos, qui non per aures gustumque et nares et tactum, voluptates ac delicias admittat, castitatis sessoris impatiens, quæ utique nequitiae equum coerceat ac cruenta calce cohipeat? Erit forte qui, alio respi ciens, secus omnino ac alia sentiat. Nostra vero hæc sententia; hocque dicimus, perfecte Deo offerri ac consecrari, qui et carnem a puero intaminatam virginitatis cultu servare contendit. Vere enim expetendas ejus accensis desiderio, magnas munierum spes assert, quæ exitiosos animo labefactet affectus ac incendia comprimat. Nunc explicandum quomodo nostra Deo consecratio devotio que consistat.

CAP. V. Perfecta Deo consecratio et devoatio, quænam?

Quod itaque in libro Numerorum sancitur: *Magnitudinem covere* ⁷³, hoc ostendit, quod ego paulo amplius explanans, magnum votum inter omnia vota, castimoniam esse statuo ac probo. Tunc enim palam et in solidum totaque Domino consecrata sum, cum non solum carnem a concubitu intactam, verum etiam a reliquis vitiorum sordibus omnique turpitudine illibatam servare contendō. *Nam innupta, inquit* ⁷⁴, *cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino;* non solum ut ex parte ad claudicantis virtutis opinionem laudemque referat, sed ut utroque, ut auctor Apostolus est, *et corpore sci licet et spiritu sancta sit, consecratis membris Domino.* Quid enim sit se Deo perfecte consecrare, id vero dicendum. Ut sub exemplo loquar: Si os meum ad quædam aperuero, ad quædam clausero. Puta, aperiam enarrandis Scripturis, ut recta fide ac magnifice, quanta facultas est, Dei laudibus incumbat; claudam vero, ostio imposito ac custodia ⁷⁵, ne inania loquatur: os meū castum est ac Deo consecratum. *Lingua mea calamus* ⁷⁶ exstilit, Sapientiæ organum. Sribit enim per illam clarissimis litteris, ex alto subtilique Scripturarum vi men-

D 4. ⁷⁷ I Cor. vii, 34. ⁷⁸ Psal. cxl, 3. ⁷⁹ Psal.

secatio est, cum ipsa caro virginitatis cultu a puero intemerata constiterit; quod certe arduum certamen. Alia supplet Possinius minus accommoda. Περιπουδάστους ex eodem Allatio suppletum, etsi το, περιπουδάστος Vat. non explicet. Id.

(75) *Noūr.* Allatius, νόμον qui et mox habet ἔξηγαται pro ἀναγράφεται. Id.

(76) *Toῦ Πνεύματος ὁ Λόγος.* Durius videretur, nisi nota esset mens Methodii, ipso satis explicata contextu, quo τοῦ Πνεύματος voce non S, iritos personam, sed Patris, se velle significat, cuius et scriba

tem illustrans *Spiritus sermo*: *Dominus velox sacerdorum scriba*; ea scilicet ratione, quod solus cito ac velociter paternum conscribat impleatque consilium; qui nempe audiat: *Cito prædare; velociter spolia detrahe*⁹⁷. Hujus scribæ lingua mea calamus est. Illi enim caste dicata devotaque est, haud secus ac speciosus calamus; lepidiora scribens, quam vel poetæ vel oratores, qui humanis doctrinis vim dicendi ac facundiam qua possent, impendant. Si et oculos assuefecero ne corporum formam concupiscant, nec turpibus spectaculis oblectari permisero, sed cœlestia contueri jussero; casti erunt oculi ei Deo sacri. Si rursus adversus obtrrectationes atque murmura aures sepivero, Deique verbo aperuero, sapientum frequens terens limina⁹⁸, consecravi et aures Domino. Si manus a turpi et sordida nundinatione, cauponariaque ac institoria arte, ab avaritia, a percussione avertero; castæ sunt et manus ac Deo dicatae. Si facultatem gradiendi cohibuero, ne perversas incedat vias; pedes etiam consecravi: non ad foras, non ad convivales cœtus aut choreas vadens, ubi perdit judicii homines versantur; verum eos adhibens, ut virtutis aliquid impleam, Dei quidpiam mandatorum præstans. Quid jam restat, si et corde casta sim, omnes illius cogitationes Domino consecrans: nihil malum mente versem, nihil ex sæculi usu animo reputem; si penes me non superbia, non iracundia vim ullam obtineat; si legem Domini interdiu ac noctu medite? Hoc demum est, *Magnam castificare castimoniam, eum qui magnum votum nuncupaverit*⁹⁹.

⁹⁷ Isa. viii, 1. ⁹⁸ Eccl. vi, 36. ⁹⁹ Num. vi, 4.

velox ἡ Λόγος sit: si tamen hoc ita decoquendum, C nec scribarum putre mendum existimandum, qui fallentibus oculis pro Πατρὸς, Πνεύματος legerint, levissima harum vocum distinctione in mss. ac proclivi errore, nisi quis τὸν, et τὸν, quibus in eis distincte pinguntur summa affinitate, attenderit. Sicque alias me emendasse memini inspectis antiquis codd. in hac ipsa voce sic laborantia: ac utinam illorum mihi facta copia, vel modo liceret meis oculis credere, qui falli alios et fallere non incerta conjectura intelligam. Et certe alienum a Methodii simplicitate, ut nulla ratione tanta hic vocum enallage uti voluerit, atque doctrinam obscurare: etsi quod dicitur Joan. iv, 24, *Spiritus Deus est*, hanc ejus vocem posset excusare. Abiud est quod auctor *Imperfecti Spiritum in Domini conceptione*, ipsum Verbum exponat, quod ipsum a se Virginis obumbraverit eique supervenerit, suique auctor templi ac corporei fuerit: quanquam ipsa fabrica et effigie, ipsius deitatis ac Trinitatis opus est; non propria aut Verbi, aut Spiritus: merito tamen Verbo appropriata, ut in quo Pater condat omnia ut in prima Ratione; in qua ut primus, ita et secundus Adam conditus intelligatur: quippe divinæ sapientiae eximum opus ac singulare, non minus quam bonitatis, ratione cuius Spiritui sanctio communius solet appropriari. COMBEFIS. — *Toῦ Πνεύματος ὁ Λόγος*. Hic legendum τοῦ Πατρὸς ὁ Λόγος, Verbum Patris, statuit doctissimus Maranus ad Justini M. *Dialogum cum Tryphone*, § 50. Sæpe enim, inquit, errarunt librarii in his vocibus Πατρὸς et Πνεύματος, quia breviter scriptæ ad hunc modum πρὸς πνέοντα, similimæ sunt. Atque hujuscemodi exempla, praeter hoc Methodianum, ex Justino et Tatiano deproposita. GALL.

A γραμματεὺς τῶν αἰώνων διηγράφος, δτι ταχέως καὶ δέσμως τὴν βουλὴν ἀναγράφεται μόνος καὶ πληροὶ τοῦ Πατρὸς, Ὁξέως σκύλευσον, ἀκούων, ταχέως προγράμμευσον. Τούτου κάλαμος ἔστιν ἡ γλῶσσά μου τοῦ γραμματέως. Ἡγνίσθη γὰρ αὐτῷ καὶ ἀνάκειται καλαμος ὥσπερ ὥραιος, ὥραιοτερα γράφων τῶν τὰ ἀνθρώπινα δόγματα κρατούντων ποιητῶν καὶ λογογράφων. Ἐὰν ἐθίσω καὶ τὰς ὄψεις μὴ ἐπιθυμεῖν ὥρας σωμάτων, μῆδε τέρπεσθαι θέαις ἀσχήμοσιν, ἀλλὰ τὰς ἀνια περισκοπεῖν, ἀγνεύουσι καὶ οἱ δρθαλμοὶ καὶ ἀνάκειται τῷ Κυρίῳ. Ἐάν, τὰ ὡτα φράξασα ἀπὸ δυσφημίας καὶ φιθυρισμῶν, ἀναπετάσω λόγῳ Θεοῦ, φοιτῶσα παρὰ σοφοῖς, ἀνατέθεικα καὶ τὰς ἀκοὰς τῷ Κυρίῳ. Ἐάν ἀποστήσωμαι τὰς χεῖρας ἀπὸ καπηλείας, ἀπὸ μεταπράσεως (77), ἀπὸ φιλοχρημασύνης, ἀπὸ πληκτισμοῦ, ἀγνεύουσι καὶ αἱ χεῖρες Θεῷ. Ἐάν ἐφέξω τὸ πορευτικὸν διεστραμμένας ὁδοὺς πορεύεσθαι, ἀνατέθεικα καὶ τοὺς πόδας, οὐχ εἰς δικαστήρια καὶ θιάσους παρερχομένη, ὅθι ἀνδρες ἀλιτροδίκαιοι (78) τελέθουσιν· ἀλλ' εἰς τὸ κατορθῶσαι πληρώσασά τις τῶν ἐντολῶν. Τί μοι λοιπὸν, ἐάν διαγνεύω καὶ τὴν καρδίαν, πάσας τὰς διανοήσεις αὐτῆς ἀναθεῖσα Κυρίῳ· φαῦλον οὐδὲν διαλογίζομαι, τῦφος οὐχ ἐμπολιτεύεται καὶ δργὴ παρ' ἐμοὶ· τὸν νόμον καὶ ἐν ἡμέρᾳ μελετῶ Κυρίου καὶ ἐν νυκτὶ; Καὶ τοῦτ' ἔστι *Μεγάλην δῆρειαν δῆρεῦσαι, μεγάλην εὐξάμενον εὐχήν*. *μεγάλην εὐξάμενον εὐχήν*.

B (77) *Ἀπὸ μεταχράσεως*. Bene Leo Allatius, *institutio negotiatione*, quasi revenditione; qua res vilius emptæ paulo carius veneunt: quæ ipsa nundinatio quandoque reip. necessaria ac civitati, potestque, modo absit fraus, honesto inde lucello, pro industria ratione, citra omnem culpam exerceri: etsi minus deceat virginem, quæ tota sponso hæcere debet, illaque addicta esse cui est consecrata. Possinius, *a plagio*. At quantum ut virgo ac puella a se plagiū deprecetur? Alia hujus generis hominum proclivia criminā atque vitia; nec tam longe viro docto arcessendū plagiū, cuius vix notio in feminam, eamque Christi virginem, cadat. Multi in rep. plagiarii, si μεταπράται omnes hujus sceleris notandi. Plagiū crimen est, cum quis sciens hominem liberum, aut alienum mancipium dolo malo vendit, emit, donat, celat: translata etiam vox a Martiale ad librorum fures, quod et ipsos, quasi liberos habeant, quorum curis ingenii partus sublati sunt atque editi. COMBEFIS.

D (78) *Ἄρδρες ἀλιτροδίκαιοι*. Quasi scelesti judices, mali censores, qui non vitio, sed virtuti dicam inferant et pietati. Sic mihi pro ejus vocis novitate similique compositione in ἀλιτρόθεος, aliisque ejus generis. Hincque forte διεσθούσι judiciis junxerit (pro ejus ætatis ratione) cærementias cœtusque intelligens in honorem deorum, quos Christi virgo maxime vitare debeat, et in eis ἀλιτροδίκαιοι, scelestissimos judices ac censores, qui dæmonum sacra pro vero Dei cultu usurpanda suadeant. Geniales etiam cœtus seu convivales et choreæ, parum æqua virginibus, hominumque in eis corruptorum judicia; quæ omnia Methodius complecti potuit ea vocis amplitudine. COMBEFIS.

CAP. V. Votum castitatis ejusque ritus in lege. Vites, Christus et diabolus

Πειράσσομαι δὲ καὶ τὰ ἔξῆς ὑμῖν, παρθένοι, φράσαι **A** τῶν διατάξεων· ἐπειδὴ περ τῶν σφετέρων ἔξηρτηται καὶ αὐτὰ κατορθωμάτων, θεσμοὶ περὶ παρθενίας δύτα, καὶ χρησμοὶ διδάσκοντες ὡς ἀπέχεσθαι προσήκει, καὶ ἀναγωγὴν εἶναι τὴν παρθένου (79). Γέγραπται γὰρ οὕτως· *Kαὶ ἐλάλησε Κύριος τῷ Μωϋσῇ, λέγων· Λάλησον τοῖς νοοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς· Ἐγὼ η̄ γυνὴ, δεὶς ἀπὸ μεγάλως εὑξηται σύχηρ ἀσαγρισθῆναι Κυρίῳ, ἀπὸ σκηνα καὶ οἴρου ἀγνισθῆσθαι, καὶ δέξος ἐξ οἴρου, καὶ δέξος ἐκ σκηνα, καὶ δσα κατεργάζεσθαι ἐκ σταφυλῆς, οὐ πλεσται· καὶ σταφυλὴν χρόσχατον καὶ σταφίδα οὐ γάρεται, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς αὐτοῦ.* **B** *Οπερ ἐστίν· Ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς πονηρίας τῶν γεννωμένων ὁ κατεγγυήσας ἔαυτὸν τῷ Κυρίῳ καὶ ἀναθεῖς οὐ δρέψεται, διὰ τὸ παρεκτικὸν ἀεὶ μέθης αὐτὸν καὶ ἐκστάσεως πεφυκέναι. Δύο γὰρ ἀμπέλων διαφορὰς ἐκ τῶν Γραφῶν ἴστημεθα, αἱ χωρὶς ἀλλήλων ἐγενέσθην, ἀνομοίως τε ἔχεσθον. Ἡ μὲν γὰρ ἀθανασίας τε καὶ δικαιοσύνης ἐστὶ παρεκτική· ἡ δὲ μανίας αὖ καὶ παραφροσύνης. Ἀμπελος μὲν γὰρ νηφάλιος καὶ εὐφραντική, κλημάτων δίκην, ἐκ τῶν μαθημάτων τοὺς βότρυς ἵλαρῶς ἀπαιωροῦσα τῶν χαρισμάτων, καταστάζοντας ἀγάπην, ὁ Κύριος ἡμῶν ἐστιν Ἰησοῦς, διέγων διαβρήδην τοῖς ἀποστόλοις· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀμπελος ἀληθινὴ, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ο δὲ Πατήρ μου ὁ γεωργός. Ἄγρια δὲ καὶ θανατηφόρος ὁ διάβολος, λύσσαν καὶ λὸν καὶ δργὴν ἀποτάζων· ὥσπερ δὴ καὶ Μωϋσῆς ὑφηγεῖται διαγράφων περὶ αὐτοῦ· Ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων, φησιν, ἡ ἀμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματις αὐτῶν ἐκ Γομόρρας. **C** *Η σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν. Θυμὸς ἐρακόντων ὁ οἴρος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπιδῶν ἀτίατος. Ἐκ ταύτης τρυγήσαντες οἱ Σοδόμων οἰκήτορες, εἰς ἀκαρπον ἀρρένων δρεῖν οἰστρηλατήθηταν τραπῆναι παρὰ φύσιν. Ἐντεῦθεν καὶ ἐπὶ Νῦνε κραιπαλήσαντες, εἰς ἀπιστίαν κατώλισθον, καὶ ὑποδρύχιοι κατεποντώθησαν κατακλυσμῷ. Ἐντεῦθεν ἀρυσάμενος ὁ Κάιν, τὰς μισαδέλφους ἐφοίνιξε χεῖρας, καὶ ἔχραγε τὴν γῆν λύθρῳ συγγενικῷ. Ἐντεῦθεν μεθυσκόμενα τὰ Εθνή, θήγουσιν ἔαυτῶν εἰς ἀλληλοφόνους μάχας τοὺς θυμούς· οὕτω γὰρ οὐκ ἔξισταται (80)**

¹ Num. vi. 4-4. ² Zach. ix, 17; Psal. ciii, 45. ³ Joan. xv, 1, 5. ⁴ Deut. xxii, 32, 53. ⁵ Gen. xviii, 20; xix, 4. ⁶ Gen. vi, 7; ⁷ Gen. iv, 8.

(79) *Ἀραγωρὸν εἰραι τὴν παρθένον. Allatius, παρθενίαν, quod ipsum ferri potest; pro ἀναγωγῇ, ἀναγωγὴν repräsentat, quod utrumque eodem sensu exponendum, prout ἀναγωγὴς δύναμις, subductrix facultas dicitur: ἀναγωγὴς πτυέλου, apud Athen. l. i, extractiva saliva; ἀναγωγὴ αἷματος, rejectio sanguinis. Galen., Dioscor., etc. Sic ergo constituta de magno voto et nazareatu docent, quid virgo rejicere et a se removere debeat, ut sit vere sancta Domino. Altero significatu accepit Leo Allatius prout ἀναγωγὴ quasi sursum vectio sublimisque institutio et ratio exponitur, dum ita reddit, et virginitatem ipsam sui institutione ad superiora homines traducere; quæ certe remotiora videntur: cumque nazareatus omnis, deque illo latæ leges in separa-*

PATROL. GR. XVIII.

A *Hinc jam consequenter exponere permisum quæ isto legis loco præscribuntur; quod hæc quoque vestris annexa sint munericibus oracula, docentia a quibus virginem abstinere deceat et quæ a se arcessere. Sic autem habent¹: *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Vir sive mulier quicunque magne fecerit votum castificandi castitatem Domino, a sicera et vino temperabit: et acetum ex vino, et acetum ex sicera, et quæcumque ex uva sunt, non bibet, et uam recentem, et uam passam non comedet, omnibus diebus voli sui. Hoc est: Qui se Domino vovit illique consecravit, non carpit ex illis quæ ex arbore nequitiae nascuntur, quod ea semper ebrietatem et a sana mente alienationem soleant inducere. Duo enim vitium genera, quantum ex Scripturis intelligimus, seorsim diversaque area nascuntur ac dissimiles sunt. Harum una, immortalitatis auctor ac justitiæ; altera, furoris ac dementiae causa exsistit. Nempe vitis quidem illa prior, sobria ac lætissimans cor², ex præceptis suis, velut ex palinitibus, lætas ostentans pendentes charismatum uvas stilantes charitatem, Dominus postea Jesus est, qui palam ait apostolis³: *Ego sum vitis vera, vos palmites: et Pater meus agricultor est. Agrestis vero ali et mortifera vitis, diabolus est, rabiem et venenum et iram distillans, uti et Moyses narrat, ita describens⁴: Ex vite Sodomorum vitis eorum, et palmetes eorum ex Gomorrha. Uva eorum ura sellis, botrus amaritudinis eis. Furor draconum vinum eorum, et furor aspidum insanabilis. Ex hac vite collecta vendemia Sodomorum cives⁵, in sterilem masculorum concupiscentiam, œstro furiosæ libidinis contra naturam versi sunt. Indidem qui Noe temporibus crapulæ indulgebant, in infidelitatem prolapsi sunt, et submersi diluvio perierunt⁶. Inde hausto Cain populo, parricidales manus fraterno sanguine cruentavit⁷, et terram cognato cruore polluit. Inde ebriæ gentes barbaræ mentis furores suos in pugnas et mutuas cædes exacuunt: non sic enim a vino movetur homo a sede rationis et pedibus titubat, quemadmodum ab invidia ac ira. Non sic a vino ine-***

B *tione et remotione quorumdam, seu abstinentia ab illis, per ejus tempus, posita sint, ac de illis expōnat Methodius, planius explicatur vox illa priore a nobis allato sensu, ut vox vocem declareret, quo nihil apud autores vulgatus. COMBEFIS.*

(80) *Οὐκ ἔξισταται. Nihil opus cum Possilio interrogando legere. Major vis et emphasis in simplici comparatione, qua deterior ebrietas et titubatio significatur, quæ ex affectibus est, quam quæ a vino. Allatius pro ζῆλου, ζάλης habet, quod putem mendum scribæ, ut et quod ἀσσῆς, pro λύπης, nova voce repräsentat. Est quidem ἄτῃ, damnum, et ἄται, ipsæ furiæ, quod noceant; sed nec sic animi affectus et πάθη hæc, per quæ animus, rationis sedes, mutatur magis quam a vino. Id.*

briatur ac vestigiis vacillat, ut a mœrore, ab amore, a turpi libidine. Ex hac vite nefas virginem gustare, quo sobria ac vigil ab hujus sæculi anxietate, splendentem justitiae luce lucernam Verbo accendat. Ait namque Dominus⁸: *Attendite ne graventur corda vestra crapula et ebrietate, et curis hujus vitæ et superveniat in vos dies illa, tanquam laqueus.*

ποτε βαρυθῶσιν ὑμῶν αἱ παρδίαι πραιτάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μεξίμηταις βιωτικαῖς, καὶ επιστῇ ἐφ' ὑμᾶς η ἡμέρα ἐκείνη, ὡς παριζ.

CAP. VI. *Sicera, vinum factitium et spurium, perinde inebrians. Cavenda virginis quæ ipsa peccato vicina. Altare incensi, virgines.*

Nec vero solum ex illis ullo prorsus modo gustare interdictum virginis, quæ ex hac vite sunt; sed et ex illis quoque quæ eam imitantur eique affinia sunt. Sicera enim vinum omne factitium dicitur, non ex uvis natura genitum, sed arte paratum, sive ex palmis sive ex aliis pomicis aut fructibus expressum sit. Quemadmodum enim vini pocula, sic et hæ potionis rationem vehementer offuscant eamque obtundunt. Et ut vobis quod res est dicam: quidquid secundum vinum e vite ebrietatem assert, et mente dejicit, siceræ vocabulo a sapientibus designatur. Ne igitur virgo, ab iis solum cavens quæ sua ipso ratione ac generatim peccata nequitiae sunt, iis polluatur quæ horum æmula parisque fere malitiæ sunt, aliorum victrix, et quæ ab aliis vincatur; hoc est, ne vestium versicolorum speciosis emollita texturis vel gemmis et auro, et quæ istis sumptum suggerit, avaritia similibusque corporis ornamentiis capta irretitaque teneatur (quæ et ipsa animam inebriant) propterea hæc præcipit: ne scilicet excussa in muliebres effundatur levitates, inque risus et fallacias et scurrilitates, quæ quasi vertigine circummagant turbantque animum: uti alio quoque loco significavit, ita jubens⁹: *Non comedetis hybanam, et similia ejus; et mustelam, et his similia.* Hæc enim recta demum et brevis in eosum via est, ut nedum virgo secum non trahat quæ viæ impedimento sint (quæ scilicet præcipitare in easum valeant libidinibus ac deliciis inhibantem animum), sed et ab illis caveat quæ horum æmula sunt.

Nam et esse Dei altare incursum traditione acceptimus, caste viventium cœtum: sic magna quædam res ac præclaræ virginitas videtur. Quare immaculatam illam et perfecte puram omni cura servari oportet, nullum commercium habentem cum immunditiis carnis; sed intus ante faciem testimoniæ sapientia deauratam in Sanctis sanctorum statuere, sufflum odoris suavissimi charitatis ex-

A ἀνθρωπος ἀπὸ οἴνου καὶ παραπαιει, ὡς περ ἀπὸ ξήλου καὶ δργῆς. Οὗτως οὐ μεθύσκεται τις ἀπὸ οἴνου καὶ παραπαιει, ὡς ἀπὸ λύπης, ὡς ἀπὸ ἔρωτος, ὡς ἀπὸ ἀκρασίας. Απὸ ταῦτης προστέτακται τῆς ἀμπέλου μὴ γεύσασθαι τὴν Παρθένον, ἵνα νηφάλιος ὑπάρχουσα καὶ ἄσπινος ἀπὸ μερίμνης βιωτικῆς, ἔχλαμπρον τὴν λαμπάδα τοῦ φωτὸς τῆς δικαιοσύνης ἐξάπτῃ τῷ Λόγῳ. Προσέγετε γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, μήτη μεξίμηταις βιωτικαῖς, καὶ επιστῇ ἐφ' ὑμᾶς η ἡμέρα ἐκείνη, ὡς παριζ.

B Οὐ μόνον δὲ τῶν ἐκ τῆς ἀμπέλου κατεργαζομένων ἐκείνης προστέτακται μηδαμῶς κατὰ μηδένα τρόπου προστάσιν τὴν παρθένον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιμίμων αὐτῆς καὶ παραπληρίων· σίκερα γὰρ πᾶς ὁ σκευαστὸς οἶνος καλεῖται καὶ νόθος, καν τε ἐκ τῶν φοινίκων, καν ἐκ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων σκευαζόμενος ἦ. Ἐπιστομίζουσι γὰρ ὃν τρόπον αἱ ἐξ οἴνου προποσιαὶ, καὶ ταῦτα σφοδρῶς τὸν λογισμὸν. Καὶ εἰ χρὴ φάνατογράφη πρὸς ὑμᾶς ἀλτηῖ, πᾶν τὸ μέθην φέρον καὶ ἔκστασιν ψυχῆς, μετὰ τὸν οἶνον ἐξ ἀμπέλου, σίκεροικλήσκουσιν οἱ σοφοί. Ὅπως οὖν δὴ μή, μόνον τῶν γενικῶν ἀμαρτημάτων φυλασσομένη τῆς πονηρίας, ὑπὸ τῶν ἀντιμίμων αὐτοῖς χραίνεται καὶ ἀντιβρόπων, ἐπέρων μὲν κρατοῦσα, ὑψὶ ἐπέρων δὲ κρατουμένη, τουτέστιν, ἴματιν διαφερόντων ὑφαῖς ἀθρυνομένη, ἥ γαὶ λίθοις καὶ χρυσῷ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ τὸ σῶμα καλλωπισμοῖς, ἀ δὴ καὶ αὐτὰ μεθύσκει τὴν ψυχήν· διὰ τοῦτο ταῦτα νομοθετεῖ, ἵνα μή εἰς γυναικισμοὺς ἐκχέτται: καὶ γέλωτας καὶ ἀπάτας ανασθουμένη καὶ μωρολογίας, ἀ περιδινοῦσι (81) καὶ κυκώσι τὸν λογισμὸν· ἀστερ καὶ ἐνέτερος ἐμήνυσεν,

C "Οὐ φάγεσθε τὴν ἰανταρ, εἰπὼν, καὶ τὰ ἔμαια αὐτῆς καὶ τὴν γαλῆρ, καὶ τὰ ἔμαια τούτοις. Αὕτη γὰρ ὁρθὴ πρὸς οὐρανὸν καὶ σύντομος ὁδοὶ πορία, τὸ μή μόνον ἐμπόδιον ἐφέλκεσθαι τι τῶν ἐκτραχηλιζόντων τὸν ἀνθρωπὸν, ἐπτομένον περὶ τὰς ἡδυπαθειας καὶ τέρψεις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιμίμων αὐτοῖς.

D Καὶ γὰρ θυσιαστήριον ἀναίμακτον εἶναι παρεῖθη Θεοῦ τὸ ἄθροισμα τῶν ἀγνῶν· οὕτω μέγα τι γρῆμα καὶ ἐνδιξον ἡ παρθένια φαίνεται. Διὸ δὴ καὶ ἀγράνατον αὐτὴν καὶ καθαρὸν πάντη φυλακτέον, μηδὲν κονυμοῦσαν ταῖς σαρκὶς ἀκαθαρσίαις· ἀλλ' ἐστι κατὰ πρόσωπον τοῦ μαρτυρίου, σοφίᾳ κεχρυσωμένην εἰς τὰ "Ἄγια τῶν ἀγίων ἴδρυσθαι, τὴν εὐωδίαν τῆς ἀγάπης ἀναθυμῆσαν Κυρίῳ. Ησήσεις γάρ μοι, φησί,

* *Luc. xxii, 34.* * *Lervit. xi, 29.*

(81) Αἱ περιδινοῦσι. Prætuli lectionem Allatii et Mazar., nec Vat. longe sensu differt; quod enim animus quasi vertigine circummagatur et turbetur, est, quod turpem cogitationem parturiat atque pariat: ἀπερ ὁδίνουσι καὶ κένουσι τὸν πονηρὸν λογισμόν. Grave sane inter ejusmodi Iudicera castitatis periculum. Loco hujus Vat., ἐπτομένον περὶ τὰς ἡδυπαθειας καὶ τέρψεις, quod ipsum interpretis diligenter fugit, Mazar., οὐδὲ ἀπὸ τῶν γραμμάτων μόνον

φυλάττεσθαι: quæ prorsus diversa sunt, ac indicio magnæ interpolationis, quam præcipue passa illa veterum monumenta, quæ magis ex vulgi usu essent, hincque adeo saepius deeriberentur: per quam occasionem alii aliquæ ex suo gusto quædam augerent, mutarent, minuerent, aliis vocibus ac quasi scholio, quæ minus usu trita viderentur, exponebant, ac pene μεταρράπεις ornarent. *Concessis.*

μετὰ τὸ θυσιαστήριον τὸ περικεγαλκωμένον εἰς Α τὰ ὀλοκαυτώματα, ϕ ἀρεκομίζοντο αἱ προσφοραὶ, ἀλλοθυσιαστήριον ἐξ ἀσήπτων ξύλων, καὶ καταχρονσώσεις αὐτὸν χρυσίφ, καὶ δώσεις αὐτὸν ἀπέτυπτι τοῦ καταπετάσματος, τοῦ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου κατὰ πρόσωπον τοῦ ἴλιοντηρίου, δὲ στιρὲς ἐπὶ τῷ μαρτυρίῳ, ἐν οἷς γρασθήσομαι σοι ἔκει. Καὶ θυμιάσει ἐπ' αὐτοῦ Ἀαρὼν θυμίαμα ἀρωμάτων ἐν πρωῒ, δτε ἀγαθύνῃ τοὺς λύχνους· θυμιάσει ἐπ' αὐτοῦ θυμίαμα διαπαυτός ἐρατὶ Κυρίου εἰς τὰς γερεάς ὑμῶν· οὐκ ἀροτεται ἐπ' αὐτοῦ θυμίαμα ἀλλότριον καὶ ὀλοκαύτωμα. Θυσίαν καὶ σπονδὴν οὐ σπεισεται ἐπ' αὐτοῦ.

CAP. VII. Ecclesia, media inter legales umbras et cœli veritates.

Εἰ δὲ νόμος ἔστι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, πνευματικὸς, τὰς εἰκόνας ἐμπεριέχων τῷ μελλόντῳ ἀγαθῷ, φέρε δὴ, ἀπαμφιάσασαι τὸ ἐπ' αὐτῷ κάλυμμα τοῦ γράμματος, ἐφηπλωμένην (82) ἐπισκεψώμεθα γυμνῶς τὴν ἀκρίβειαν. Μέμημα τῆς Ἐκκλησίας ἐκελεύοντο δαιδάλειν Ἑβραῖοι τὴν σκηνὴν, ἵνα ἔχοιεν διὰ τῶν αἰσθητῶν εἰκόνα τῶν θείων προκαταγγέλλειν πραγμάτων. Τὸ γάρ ἐν τῷ ὅρει παράδειγμα παρενεγκθὲν, πρὸς δὲ βλέπων ἐτεκτήνατο τὴν σκηνὴν ὁ Μωϋσῆς, ιδέα τις ἡν τῆς κατὰ τὸν οὐρανὸν οἰκήσεως ἀκριβῆς, ἢν ἡμεῖς τρανότερον μὲν τῶν τύπων, ἀμαρότερον δὲ τῆς ἀληθείας θεραπεύομεν νῦν. Ἡλθε γάρ ἀκραιφνὲς εἰς ἀνθρώπους, ὡς πέψυκεν, οὐπω τάληθες, οἱ μηδὲ βαστάσαι φέρομεν ἀκρατον ἐνταῦθα θεάσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν, ὅπότε μηδὲ τὰς ἡλιαχάς φέρομεν ἰδεῖν ἀκτίνας. Ἀλλὰ Ἰουδαῖοι μὲν τὴν σκιὰν τῆς εἰκόνος τρίτην ἀπὸ τῆς ἀληθείας κατηγγέλλουσιν· τὴν δὲ τὴν εἰκόνα τῆς κατ' οὐρανὸν διοικήσεως ἐναργῶς ἐκθειάζομεν. Τὸ γάρ ἀληθῆς ἀκριβῶς μετ' ἀνάστασιν (83) δηλωθήσεται, ὅπότε πρόσωπον κατὰ πρόσωπον τὴν ἀγίαν σκηνὴν (τὴν πόλιν τὴν ἐν οὐρανοῖς, ἥς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς Θεός),

B Cum lex, juxta Apostolum ¹¹, spiritualis sit, imagines continens futurorum bonorum, age, reducto quod illi ijectum est velo litteræ, enucleatam intueamur ad nudum veritatem. Tabernaculum quod vario cultu assabre ornare Hebrei jussi sunt, Ecclesiæ quædam expressio fuit, ut rebus informatum sensibilibus haberent simulacrum, quo divina olim eventura mysteria prænuntiarent. Nam ¹² quod ostensum in monte exemplar est, ad quod intuens Moyses tabernaculum fabricatus est, exacta quædam idea erat domicilii cœlestis, cui nos quoque limpidius servimus, quam si adhuc in figuris versaremur; obscurius tamen, quam si ipsa veritatis luce potiremur. Necdum enim ipsa pura et sincera veritas, ut illi comparatum est, ad homines venit, qui ne ferre quidem valeamus quandiu vita hæc mortali agimus, ut puram incorruptionem contueamur, ut neque ut micantes solis radios oculis portemus. Judæi porro umbram imaginis, tertiam a veritate, annuntiaverunt: nos vero cœlestis gubernationis imaginem clare celebramus. Veritas namque ipsa exacte post resurrectionem manifestabitur,

¹⁰ Exod. xxx, 1-9. ¹¹ Hebr. x, 1. ¹² Exod. xxv, 40.

(82) Ἐφηπλωμένην. Codex Maz., ἐφηπλωμένον, τοῦδε magis probandum videtur, ut referatur ad κάλυμμα· quare tollenda est virgula præcedens, et interpretatio Latina sic Græcis, ita correctis, accommodanda: Age, reducentes oppansum ipsi litteræ velamen, nudam coram et cominus veritatem intueamur. ED. LUPAR. — Ἐφηπλωμένην. Lectionem hanc Vat. multis exagitat editor Lupar. amplectiturque alteram Maz. et Allat., ἐφηπλωμένον, quod referat, τὸ κάλυμμα, quod ita ἐπ' αὐτῷ, supra legem expli- catum atque expansum intelligatur ac dicatur. Mihi tamen Vat. lectio magis probatur, quod ea vox re- lata ad velamen superflua sit, cum τὸ ἐπ' αὐτῷ, vel τιθέμενον vel κείμενον, ut Apostolus loquitur II Cor. iii, rem aliunde declareret: nec alias voces sub- intellectas exigat phrasis illa Methodii. Ἐξηπλωμένη forte scripsit, quæ vox magis Græca, nam alterius vix exstat exemplum; ἐφαπλώματα Aristoph. in Acharn., teste Suida, vocat πεπλώματα· redditumque culcitras, stragulas restes: tenuissima item indumenta. De velo quod obtenditur, potius ἐχ- πεπάσσαι dicitur. Veritas ἐξαπλοῦσθαι, cum ipsa ex- plicata nudaque cernitur. Etsi sunt hæc minutio- ia. COMBEFIS.

(83) Μετὰ ἀνάστασιν. Et hic Methodius post resur-

rectionem differt perfectam visionem, et quæ est facie ad faciem sine ænigmatibus, et non ex parte: a qua immensum distant, quæ tribuit animabus orat. x, quod visuræ θαυμαστά τινα καὶ ἐκλάμποντα καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὅποια ἐξειπεῖν εἰς ἀνθρώπους δυσχερές, admirabilia quædam et splendida et beatæ decora, et quæ hominibus ægre verbis liceat explicare. Esse nempe ibi ipsam justitiam, ipsam castitatem, charitatem, veritatem et reliquos pariter manifestos sapientiae flores et stirpes, quarum hic tantum umbras habemus, etc., nam et hæc, ut eorum hic umbra, creata sunt, primique Dei effectus, purius ibi intellecti, et ut rationes, quibus non ipsa in se Dei essentia videtur, nec vero Palatinarum errore, Dei virtus essentiæ conjuncta et ab illa distincta, quæ sit multiplex, cum essentia sit una. Nempe multiplex effectibus est, ipsa una et simplicissima, ut et essentia, a qua penes sola connotata et virtualiter eminenter distinguitur. Aliis ergo locis opus, ut vindicetur Methodius, et traba- tur in sententiam quam longis post temporibus pro- bavit Ecclesia: videre jam tum animas Deum, qui- bus nihil ex superioris vitæ in corpore reatu pur- gandum. Id.

quando jam facie ad faciem ¹³ sanctum tabernaculum (coelestem nimirum civitatem, cuius artifex et conditor Deus est ¹⁴) non autem amplius in ænigmate et ex parte contuebimus.

CAP. VIII. *Duplex altare, viduae et virgines. Aurum virginitatis symbolum.*

Nempe Judæi res nostras prænuntiaverunt, nos vero cœlestia prænuntiamus; quandoquidem tabernaculum quidem Ecclesiæ typum gerebat, Ecclesia vero cœlos repræsentat. Cum itaque hæc ita se habeant, et tabernaculum, uti dicebam, Ecclesiæ typo assumatur, videndum restat ad quam proprie Ecclesiæ partem spectarent duo altaria quorum me minimus. Ego sane prius quidem ære tectum, senatus septoque viduarum simile dixerim. Dei enim spirans ara sunt, ad quam passim offeruntur vituli et decimæ, et voluntariæ oblatæ, quæ in Domini sacrificium cedunt. Inauratum autem altare intus in Sanctis sanctorum repositum, ante faciem testimoniæ, in quo prohibitum est offerri sacrificium et libamen, ad eas quæ in statu virginum sunt, videtur referendum; incorrupto auro, imputribilibus ab omni viri congressu illorum protectis corporibus. Aurum enim duabus passim commendatur dotibus, tum quod rubiginem non admittit, tum quod fuligore innato radiorum solis speciem prope referre videtur. Aptum in utroque virginitatis symbolum, nullas admittentis sordes ac maculas, sed et Verbi semper luce resplendentis. Intusque propterea in Sanctis sanctorum vicinius stat, et ante velum in temeratis manibus incensi instar, acceptas Domino preces in odorem suavitatis submittit. Sicut et Joannes significavit ¹⁵, incensum quod in phialis viginti quatuor seniorum erat, sanctorum orationes esse dicens. Hæc tibi de castitate, prout in promptu lieuit, et ego pro viribus, o Arete, confero.

Hæc locuta Thallusa, aiebat Theopatra, Areten sceptro Agatham tetigisse, hancque, simul ac sensit, exsurrexisse, et sic respondisse.

Τουδαιοι μὲν γάρ τὰ ἡμέτερα προανεφώνησαν· ήμεις δὲ τὰ οὐράνια προαγγέλλομεν· ἐπειδήπερ ἡ μὲν σκηνὴ σύμβολον ἦν τῆς Ἐκκλησίας, ἡ δὲ Ἐκκλησία τῶν οὐρανῶν. Διὸ, τούτων οὕτως ἔχόντων, καὶ τῆς σκηνῆς ἐν τύπῳ τῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἔφην, λαμβανομένης, χρὴ καὶ τὰ θυσιαστήρια σύνθημά τι τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν πραγμάτων φέρειν. Καὶ τὸ μὲν περικεχαλκωμένον ἀπεικάζειται τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ περιβόλῳ τῶν χηρῶν· Θεοῦ γάρ εἰσιν ἐμψυχος βωμὸς, εἰς δὲ ἀνακομίζονται τοὺς μόσχους καὶ τὰς δεκάτας, καὶ τὰ ἔκούσια θυσίαν τελούμενα Κυρίῳ· τὸ δὲ περίχρυσον θυσιαστήριον, ἐνδον ἐν τοῖς Ἀγίοις τῶν ἀγίων ἀνακείμενον κατὰ πρόσωπον τοῦ μαρτυρίου, εἰς δὲ ἀπειρηταὶ θυσίαν καὶ σπανδὴν ἀναφέρεσθαι, ταῖς ἐν παρθενίᾳ παραβλητέον, τῷ ἀκηράτῳ χρυσῷ τὰ διηπτα συνουσίας σώματα κατησφαλισμέναις. Δύο γάρ τὰ εἰς ἑπαίνον θρυλλοῦνται γρυσσοῦ, ὅτι τε ἴδιον οὐ παραδέχεται, καὶ τὴν χροιὰν ταῖς ἡλίου μετρίως παραπλησίαζειν φαντάζεται βολαῖς· σύμβολον δὲ εἰκότως ἄρα τοῦτο τῆς ἀγνείας τῆς μῆ προσιεμένης ἐστὶ χηλίδα καὶ σπέλον, ἀλλὰ καὶ φωτὶ καταστραπτομένης ἀεὶ τοῦ Λόγου. Διὸ καὶ ἐνδον εἰς τὰ "Ἄγια τῶν ἀγίων ἔστηκε πλησιάτερον, καὶ ἐμπροσθεν (84) τοῦ παραπετάσματος ἀχράντοις χεροῖς, θυμιαμάτων δίκην, τὰς προσευχὰς ἀναπεμπάζουσα Κυρίῳ, δεκτὰς εἰς δομὴν εὐωδίας· καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐμήνυσε, τὰ θυμιάματα τὰ ἐν ταῖς φιάλαις τῶν εἰκεσιτεσσάρων πρεσβυτέρων, προσευχὰς ἀγίων εἶναι φράσας. Ταῦτά σοι ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα κάγὼ κατὰ δύναμιν ὑπὲρ ἀγνείας, ὡς Ἀρετὴ, συμβάλλομαι.

C Εἰπούσης δὲ ταῦτα τῆς Θαλλούσης, ἡ Θεοπάτρα ἔφη τῷ σκήπτρῳ τὴν Ἀρετὴν ψαῦσαι τῆς Ἀγαθῆς, τὴν δὲ αἰσθομένην εὐθέως ἀναστῆναι καὶ ἀποκρινασθαι.

ORATIO VI.

AGATHA.

CAP. I. *Virginis decoris tenacis præstantia. Anima ad Dei imaginis, id est Filii, imaginem. Diabolus enim procul.*

Cum multa fiducia tum persuadendi quod dicam, D tum bene ac feliciter perorandi, o Arete, suscipiam

"*I Cor. xiii, 12. 14 Hebr. xi, 10. 15 Apoc. v, 8.*

(84) Ἐμπροσθεν. Quod paulo superius recensendo ipsum textum sacrum scripserat, καὶ δώσεις αὐτῷ ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος, constitues illud contra velum, sive ante ac juxta illud, hic ἐμπροσθεν dicit; ubi pro καταπετάσματος, fædo errore Allatius, Πνεύματος, Luper. Πατρός· nulla bujus tanti vel errati vel discriminis mentione, etsi tanta in singulas paginas variantium lectionum adnotata seges, quæ sæpius scribarum potius menda sunt aut plagia quam res satis momenti. Hic satis indicasse: favelque meæ emendationi superiorius adnotata ad § 4 hujus orat., ubi prorsus scripsisse Methodium Λόγου Πατρός conjiciebam; inscritum vero

ΛΟΓΟΣ Γ'.

AGATHA.

D "Οτι μετὰ πολλῆς εύτολμίας καὶ πειθοῦς, καὶ τῆς τοῦ καλῶς εἰπεῖν ὑπολήψεως, ὡς Ἀρετὴ, σοῦ παρο-

scribam exscrisisse Πνεύματος. Nimimum contra et prope et ante velum quod arcam fæderis et sanctuarium obtegebant, constitutæ virgines, velut altare aureum, quasi in vestibulo ipsorum adytorum, iisque reliquis propinquiores; quæ laus maxima virginitatis. Ac num ea causa mei Nazaræi, id est monachi, olim, cum laici solum essent, sed tamen cælibes et cultores, fidelisque plebis pars sanctior, ad fores sanctuarii ac juxta cancellos, in capite cœtus omnis fidelium, et proxime post τοὺς λεπτεύοντας stationem habebant? Erant certe et illi altare illud aureum ἐμπροσθεν τοῦ παραπετάσματος, atque nunc etiam existunt, cum iam sere au-

μαρτουρησης, πειράσσομαι δη κατὰ δύναμιν κάγω εἰς Α προκείμενον εἰσενέγκασθαι τι, κατ' ἐμαυτὴν μέντοι, καὶ οὐ πρὸς τὰ εἰρημένα. Οὐ γάρ ἀν δυνατιμῆν ἐφάμιλλα τούτοις οὖτα ποικίλως καὶ λαμπρῶς ἀπειργασμένοις φιλοσοφεῖν. Δόξω γάρ ἀποφέρεσθαι ψόγον ἀβελτηρίας, εἰ τοῖς κατὰ σοφίαν ἔξισάζεσθαι χρείτοις προσπηδώην. Εἰ οὖν ἀνέξεσθε καὶ τῶν ὅπως ἀν τύχῃ ῥητορευόντων, ἐπιχειρῶ λέγειν, οὐδὲν προθυμίας καθυφειμένη. Ἀρχτέον δὲ ἐντεῦθεν.

laude æqualitatem mihi ipsa ambiam quæ sapientia præstant. Si quis igitur est apud vos dicendi locus iis qui mediocri et vulgari dicendi facultate instructi sunt, dicere aggredior; nihil quod ad causam hanc faciat studii ac diligentiae prætermittens. Incipiam autem hinc.

Ἄμηχανον, ὁ παρθένος, κάλλος, καὶ συγγενὲς τῇ ασφίᾳ καὶ πρόσφορον, ἀπαντες εἰς τὸν κόσμον κεκτημένοι τοῦτον ἀφικνούμεθα. Ἀπηχρίβωνται γάρ αἱ ψυχαὶ τῷ γεννήσαντι τότε μάλιστα καὶ πλασαμένῳ, διότε τὴν καθ' ὄμοιώσιν ιδέαν ἀχραντον ἐκλάμπουσα;, καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῆς ὄψεως ἔχεινης, πρὸς ἣν ἀφορῶν ὁ Θεός, ἀθάνατον μορφὴν καὶ ἀνώλεθρον ἔχουσας αὐτὰς ἀπειργάζετο, τοιαῦται διαμένουσι. Τὸ γάρ ἀγέννητον κάλλος καὶ ἀσώματον, καὶ μήτε ἀρχόμενον μήτε φθίνον, ἀλλ' ἀτρεπτον καὶ ἀγήρω καὶ ἀπροσδεές, αὐτὸς ἐν ἐαυτῷ καὶ εἰς αὐτὸν φῶς ἐν ἀφράστοις (85) καὶ ἀπροσίτοις ἀναπαυόμενον, ἔξουσίας περιουσίᾳ πάντα περιέχων καὶ κτίζων καὶ μετασκευάζων, ἐτεκτήνατο κατ' εἰκόνα τῆς εἰκόνος ἐαυτοῦ τὴν ψυχὴν. Διὸ καὶ λογικὴ καὶ ἀθάνατός ἐστι. * Κατ' εἰκόνα γάρ δημιουργηθεῖσα τοῦ Μονογενοῦς, ὡς ἔφην, ἀνυπέρβλητον ἔχει τὸ κάλλος. Διὸ δὴ καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἔρωσιν C αὐτῆς, καὶ ἐφεδρεύουσι χρᾶνται βιαζόμενα τὴν θεοτεκλον αὐτῆς ἔχεινην καὶ ἐπέραστον ιδέαν· ὡσπερ δὴ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας παριστησιν, διειδίζων Ἱερουσαλήμ· "Οὓς πόρης ἐγένετο σοι· ἀπηραισχύντησας ἀπέραrti τῶν ἔραστῶν σου· τὴν παρασχοῦσαν ἐαυτὴν ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν εἰς βεβήλωσιν λέγων. Ἐρασταὶ γάρ εἰσιν ὁ διάδολος καὶ οἱ πέρι αὐτῶν ἄγγελοι, οἱ τὸ λογικὸν ἡμῶν καὶ διορατικὸν τῆς φρονήσεως κάλλος μιαύνειν καὶ μολύνειν τῇ ἐαυτῶν ἐπιμιξίᾳ τεχναζόμενοι, καὶ μοιχὸν γενέσθαι πάσης τῆς τῷ Κυρίῳ νενυμφευμένης ἐπιθυμοῦντας ψυχῆς.

CAP. II. Parabola decem virginum.

*Ἐάν οὖν ἀμόλυντον τοῦτο τηρήσει τις τὸ κάλλος καὶ ἀσινέα, καὶ τοιεῦτον, δούλον αὐτὸς ὁ συστησά-

¹⁰ Ephes. vi, 12. ¹¹ Jerem. iii, 3.

etī sacerdotio, nec minus clero reliquo ἵερατεύοντες, potiores in eo partes obtinent, quod et ἀσκήσει cultuque ἀγνείας majori præstant, ejus sponte rei vistoque labiorum suorum, non quod Ecclesia necessitatem ordinationibus suis indixerit. COMBEFIS.

(85) Φῶς ἐν ἀφράστοις. Prætuli quam lectionem repræsentat Leo Allatius, etsi is in versione alteram secutus est, quam expressit editio Luper. tanquam ex Vat., ut nimirum τὸ ἀφράστοις καὶ ἀπροσίτοις, absolute ponatur. Palam enim respexit Methodius illud I Tim. v., 16: Φῶς οικῶν ἀπρόσιτον, Qui inhabitat lumen inaccessibilem; quem is recte, eamdem ipsam lucem interpretatur, sic in ineffabilibus et inaccessibilibus quiescentem; non potestatibus, sed divinis

A provinciam quam imponis, si tu mihi præsto save-
ris. Nempe conabor et ego ad argumenti propositi tractationem conferre aliquid; accommodatum qui-
dem illud potius ad captum tenuitatis meæ, quam debita proportione respondens iis quæ jam ab aliis perorata sunt. Non enim possim paria his quæ adeo varie et splendide elaborata sunt, disputare. Et stultiæ profecto notam in me transferre videar, si ad id connitar eoque insilium, ut earum dicendi

B Incomparabili, o virgines, cognataque atque af-
fini sapientiæ insignitæ forma, in mundum venimus omnes. Exacte enim, ejus qui genuit atque forma-
vit, lineamenta animæ referunt, tum maxime cum similitudinis intaminato effulgentes decore, vul-
tusque illius ac exemplaris characteres lucidos re-
ferentes, ad quod intuens Deus, immortali eas for-
ma atque ab interitione immuni edidit, ita perma-
nent. Ingenita enim et incorporea pulchritudo, ac quæ nec cœperit, nec ulla unquam labe intereat, sed immutabilis sit seniique expers ac nullo labo-
rans defectu; ipse in se ipso ac penes se Lumen, in ineffabilibus ac inaccessibilibus requiescens, potes-
tatis affluentia omnia continens, creansque ac struens, ad imaginis suæ imaginem, animam fa-
bricatus est. Quamobrem etiam ratione prædicta est et immortalis. Ad imaginem quippe Unigeniti con-
dita, incomparabili, uti dicebam, pollet decore.
Quare spiritualia nequitia¹⁶ eam perdite amant, ne-
ctuntque insidias, effictim connientes ut ejus deiformem illam amabilissimamque speciem detur-
pent ac polluant; uti et propheta Jeremias indicat,
exprobrans Jerusalem: *Frons meretricis facta est tibi: noluisti erubescere in conspectu amatorum tuo-
rum*¹⁷, de ea loquens quæ se prostituit adversariis potestatibus in contaminationem. Amatores enim sunt diabolus et angeli ejus, qui nostrum cum ra-
tione ingeniique perspicacitate prudentiæ decorem polluere et inquinare sui commistione machinan-
tes, omnem Deo desponsatam animam constuprare percipiunt.

CAP. II. Parabola decem virginum.

D Si ergo inviolatam custodiat quis et illæsam hanc pulchritudinem, omnino talem qualem ipse qui

suis bonis ac dotibus; qui potestatis abundantia sic animas ad imaginis suæ imaginem condiderit. Qui unus sensus augustus est, ac Methodio dignus: alter valde insipidus et alienus. Porro quod imagi-
nis imaginem dicit creatas animas, secundum ap-
propriationem debet intelligi, et quod imago Filio
tribuatur ex speciali ratione suæ processionis, quod
sit Patris Verbum, et expressa illius similitudo.
Cæterum ut non creat Pater ut Pater, sed unus
ipse Deus, cum Filio ac Spiritu sancto (id est beata
Trinitas) una virtus, una potestas; sic neque ad
imaginem Verbi ut Verbum est, creat. sed ad suam
ipse ut Deus unus est, unusque cum Filio et Ver-
bo ac Spiritu creator. Id.

condidit pinxitque, eam effinxit ac efformavit, aeternam imitatus naturam et intelligibilem, cuius et homo character est expressaque effigies, factus velut simulacrum elegantissimum et sacrum: hinc translatus in beatorum civitatem, in cœlos scilicet, velut in templo collocabitur. Incontaminata porro nostra pulchritudo tunc optimè servatur et secure, cum a virginitate protecta, exteriori corruptionis æstu infuscata non fuerit; sed ipsa in se ipsa permanens, ornata justitiae compta, in sponsam Filio Dei accesserit, quemadmodum ipse insinuat, admonens opertore in nostris corporibus, velut in lampadibus, lumen castitatis accendi. Siquidem¹⁸ decem virginum numerus, animas refert credentes in Christum Iesum; denarii nota, rectam in cœlis viam quæ una solum est, representans. Verum earum quinque prudentes utique et sapientes erant; quinque autem fatuae et insipientes: non enim diligentiam curam que habuerunt, ut vasa sua oleo plena instruerent, justitia vacue remanentes. Per has enim illas designat quæ ad virginitatis fines evadere contendunt, cunctaque honeste atque sobrie præstant, eo conducedentia ut amorem hunc expleant: quæque hoc se spectare profiteantur, atque ut hinc glorientur, negligentius tamen agant, et mundi vicissitudinibus vincantur: quæ denique velut potius inane virtutis simulacrum rudi umbrarum ductu delineant quam ipsam vivam ac spirantem veritatem efficiant.

CAP. III. Virginitatis idem conatus et aggressio, dispari exitu.

Quod enim dicitur¹⁹, *Simile factum esse regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam Sponso*, hoc sibi vult, eamdem professionis ac instituti viam omnes elegisse, quod ipsa designat elementi Ivis ac denarii nota. In eam enim se pariter rem accinxerunt, assumpta professione; eamque ob rem vocantur decem, quod nimirum idem propositum ac institutum, uti dicebam, arripuerunt: nec tamen pariter etiam omnes in occursum Sponsi exierunt. Nam earum quidem aliæ, quod et in futurum sufficeret lampadibus oleo flammam alentibus, nutrimentum copiose largeque paraverant; aliæ vero, præsentí duntaxat contenueva, seigniores extiterant. Quare etiam pari quinario divisæ sunt, quæ decem erant: quod videlicet quinque sensus, quos plerique sapientiæ portas ap-

¹⁸ Matth. xxv. ¹⁹ ibid. 4.

(86) *Kai νοητήν*. Propriissima vox in Deo: ipse enim absolute τὸ νοητόν, quippe superior omnibus, suumque sibi et cunctis reliquis intelligibile, non qui ordinetur ad alia intelligenda, eaque ratione in secunda τῶν νοερῶν (id est intellectualium, seu intelligentium) classe statuatur. De qua voce præclare Dionysius ejusque scholiastes Maximus. Valde impropterum, quod boni etiam auctores τὸ νοητόν et τὸ οὐδόν confundunt, cum alterum ipsum objectum sit, alterum potentiam et facultatem, que illo quasi pascitur ac beatur: quæ in Deo simplicissima, in reliquis divisa sunt. COMBEFIS.

A μενος αὐτῷ καὶ ζωγραφήσας ἀπετύπωσε, τὴν αἰώνιον ἀπομιμησάμενος φύσιν καὶ νοητὴν (86), ἥς καὶ χαρακτήρ ἐστιν ὁ ἀνθρωπὸς καὶ ἀπεικόνισμα, γεγονὼς οἷον ἄγαλμά τι περικαλλέστατον καὶ ἱερόν· ἐντεῦθεν μετενεγχθεῖς εἰς τὴν μακάρων πόλιν τοὺς οὐρανοὺς, ὡσπερ ἐν ναῷ κατοικισθήσεται. "Ἄχραντον γάρ τὸ κάλλος ἡμῶν ἀριστα τότε τηρεῖται καὶ ἀσφαλῶς, δπόταν δὴ παρθενίᾳ σκεπόμενον, ὑπὸ τοῦ καύσωνος ἔξωθεν μὴ μελαίνηται τῆς φθορᾶς· ἀλλ' αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ μένον δικαιοσύνῃ κοσμῆται, νυμφαγαγούμενον τῷ Γέῳ τοῦ Θεοῦ· δν τρόπου δὴ καὶ αὐτὸς εἰσηγεῖται, χρῆναι παραινῶν, ὡσπερ ἐν λαμπάσι, ταῖς σφετέραις σαρξὶ, τὸ φῶς ἀνακαίσθαι τῆς ἀγνείας. Ἐπειδήπερ ὁ τῶν δέκα παρθένων ἀριθμὸς τὰς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν πεπιστευκυίας ἀριθμεῖσθαι βούλεται φυχάς· τῷ δέκα τὴν ἀπευθύνουσαν μόνην ὅδὸν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀποτυπούμενος. Ἀλλ' αἱ μὲν πέντε ἔμφρονες ἐτύγχανον ἄρα καὶ σοφίαν· αἱ δὲ πέντε μωραὶ καὶ ἀσοφοὶ τινες· οὐ γάρ ἐπρομηθεύσαντο ἐλαῖου σφῶν τὰ ἀγγεῖα πλήρη παραπενάσαι, δικαιοσύνης ἀπομείνασαι κεναί. Αἰγίσσεται γάρ διὰ τούτων τὰς ἐπὶ πέρατα παρθενίας ἐπισπεργομένας ἐλθεῖν, καὶ πάντα εἰς τὸ πληρωθῆναι συντείνοντα τὸν ἔρωτα τοῦτον κοσμίως δρώσας καὶ σωφρόνως· καὶ τὰς ἐπαγγελλομένας μὲν καὶ σεμνυνομένας τοῦτο σκοπεῖν, ὀλιγωρούσας δὲ καὶ ἡταμένας τοῦ κόσμου ταῖς ἐξαλλαγαῖς, καὶ ὡσπερ σκιαγραφούσας μᾶλλον εἰδῶλον ἀρετῆς ἢ αὐτὴν ἐργαζομένας ἔμπνουν τὴν ἀλήθειαν.

Tὸ γάρ λεγόμενον, Θμοιῶσθαι τὴν βασιλεῖαν τῶν οὐρανῶν δέκα παρθέροις, αἵτινες ἔλαβον τὰς λιμπάδας αὐτῶν, καὶ ἐξῆλθον ἀπαρτίσουσαι τῷ Νυμφίῳ, σημαίνειν βούλεται (87), τὴν αὐτὴν ὅδὸν τοῦ ἐπιτηδεύματος ἐπανηρημένην διὰ τὴν ἔμφασιν τοῦ Γ' στοιχείου. Ἐστείλαντο μὲν γάρ αἱ παραπλησίως ἐστὰς εἰς τοῦτο καθομολογήσασαι, καὶ ταύτῃ κικλήσκονται δέκα, ἐπειδὴ τὴν αὐτὴν, ὡς ἔφην, εἶλοντο πρόθετιν· οὐκέτι δὲ ὁμοίως ἐξῆλθον ὑπαντήσουσαι τῷ Νυμφίῳ. Αἱ μὲν γάρ τροφὴν ἀφθονον καὶ εἰσαύθιστας ἐπορίσαντο ταῖς ἐλαιοθρέπτοις λαμπάσιν· αἱ δὲ κατερρήθιμησαν, τοῦ παρόντος μόνον ἐπιμεληθεῖσαι. Διὸ δὴ καὶ Ισάριθμος πρὸς πέντε διαιροῦνται, ἐπειδὴ περ τὰς πέντε αἰσθήσεις, αἱ μὲν αὐτῶν ἐφυλάξαντο καθαρίας καὶ παρθένους ἀμαρτημάτων, ἃς οἱ πλεῖστοι σοφίας προσηγράψαν πύλας· αἱ δὲ τούναντίον

B lo foret. Deus itaque, ne bonorum oblivione humanum genus prorsus everteretur, Filium suum mandavit, suum per carnem futurum in mundum, interiore auditu prophetis loqui adventum; per quem spiritualis octonarii gaudium ac veritatis cognitio essent prædicanda: qui nimirum peccatorum foret remissio et resurrectionem esset præstiturus; circumcidenda quippe per ipsum hominum vitia et corruptionem amputandam. Propter hoc, prophetarum qui ab Abraham fuerunt, subductum numerum, propter circumcisionis octonarium numerum continentis, ex qua lex ipsa pendet, augustiorem honorem, octoginta concubinas appellavit: quod nempe primi, antequam Ecclesiæ Verbo desponsatur, divinis conceptis seminibus spiritualis octonarii circumcisionem prænuntiarunt.

C Adolescentulas autem, numero superiores, eam multitudinem vocat quæ inferiori a præstantioribus ordine justitiam consecata, juvenili quasi robore ac strenue adversus peccatum decertavit. Ex horum tamen omni classe neque reginæ, nec concubinae aut adolescentulæ, cum Ecclesia comparari valent. Hæc enim perfecta ac supra omnes illas electa habita, ex omnibus conflata apostolis et in unum coagmentata, illa sponsa est, vividæ ætatis flore ac virginitatis decore cunctis longe præcellens. Quocirca etiam ab aliis beata prædicatur atque laudatur, quod ipsa assatim viderit audieritque quod illæ vel ad breve momentum videre cupierunt et non viderunt, atque audire, et non audierunt. Beati enim, inquit Dominus discipulis ⁴⁵, oculi vestri, qui vident quæ videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ cupierunt videre quæ videtis, et non videbunt: et audire quæ auditis, et non audierunt. Ob hanc itaque causam merito prophetæ Ecclesiam beatam prædicant eamque admirantur, quod quæ ipsis videre audireque non obtigit, hæc ipsa Ecclesia percipere, eorumque gaudere commercio meruit. Sexaginta enim sunt reginæ et octoginta concubinæ, et adolescentulæ quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea ⁴⁶.

D numerari non decuit. Nec judices dicantur universim primarii justi, vel patriarchæ vel prophetæ, sed peculiariter illi qui a Mose ad Saulem Hebreorum rempubl. gessere, et antequam illi regem exposcerent; qui jam, non quasi paternæ et sub Deo quasi familiam regeret ac judicaret, sed mero imperio illis præcesset. Id.

(5) Συνηρωμένη. Hæc est lectio codicis Vat. quam expressit Possinius. Sed ms. Mazar. et Allatius, cum Photianis excerptis, συνηρωμένη. Id.

(6) Πρὸς τῶν ἀλλων. Allatio deest præpositio, preli vitio aut pueri exscribentis. Reddit vero cum Possinio, ante alias prædicatur; Possinius, præ aliis, cum sit ab aliis, respondeatque sacro textui, ubi sic laudantes ac prædicantes sponsam, indicantur, ipsoque sequentibus diserte exponit Methodius. Id.

CAP. VIII. Christi natura humana, una illa ejus columba.

Possit vero aliquis alio quoque modo incontaminatam Domini carnem sponsam interpretari, cuius gratia, relicto Patre, huc descendit eique adhæsit, ac homo factus in eam invasit. Quare etiam figurata columbam vocitavit, quod hoc animal mansuetum sit, sub tecto degens peneque nobis contubernale, atque humano convictu gaudens. Una enim prosector, ut verbo dicam, labis expers ac impolluta inventa est, cunctisque præcellens justitiae mundo atque decore, ut nemo eorum qui vel summe Deo placuerunt, prope ad eam, si virtutis ratio ineatur, consistat. Quocirca merito in consortium regni Unigeniti ascita est, illo sibi eam adaptante atque uniente. Itaque in psalmo quadragesimo quarto, quæ inter plures a dextris Dei regina astat, aurea virtutis mundo ornata, cuius rex pulchritudinem concupivit ⁴⁵, caro est, ut dicebam, intemerata illa et beata, quam ipse Deus Verbum cœlis innectam a dextris Patris collocavit auratis vestibus decoram, in studiis scilicet incorruptionis, quæ symbolice vocavit *fimbrias aureas*, quod nimirum indumentum hoc, variis ex virtutibus, puta castitate, prudentia, fide, charitate, patientia, bonisque reliquis, variegatur et quasi contexitur; quæ plane operientia carnis turpitudinem, aureo hominem mundo cultuque conuestiunt.

A Δυνήσεται δέ τις ἐτέρως τὴν νύμφην φάναι τὴν σάρκα τὴν ἀμδλυντον τοῦ Κυρίου, ἡς χάριν τὸν Πατέρα καταλείψας, κατῆλθεν ἐνταῦθα, καὶ προσεκόλληθη, καὶ ἐγκατέσχηψεν (7) ἐνανθρωπήσας εἰς αὐτὴν. Διὸ δὴ καὶ περιστερὰν αὐτὴν τροπικῶς ἐκάλεσεν· ἐπειδὴ τιθασσὸν τὸ ζῶν καὶ ὑπωρόφιον, καὶ διατητὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐνασμενίζον. Μόνη γάρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀσπιλος καὶ ἀμίαντος εὔρεθη, καὶ πάντας ὑπερέχουσα τῷ τῆς δικαιοσύνης κόσμῳ καὶ κάλλει· ὥστε μηδένα καὶ τῶν εἰς ἀχρόν εὑαρεστησάντων τῷ Θεῷ ταύτης δυνηθῆναι πέλας, ὡς πρὸς σύγκρισιν ἀρετῆς, στῆναι. Καὶ διὰ τοῦτο κατηξιώσθαι κοινωνὸν αὐτὴν γενέσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Μονογενοῦς, αὐτῷ καθηρμοσμένην τε καὶ ἐνωθεῖσαν. Καὶ ἐν τεσσαροκοστῷ δὲ καὶ τετάρτῳ φαλμῷ ἡ ἐκ τῶν πλειόνων παρισταμένη ἐκ δεξιῶν βασίλισσα τοῦ Θεοῦ μερῶν, ἡ τῷ διαχρύσῳ τῆς ἀρετῆς κόσμῳ κατεστολισμένη, ἡς ἐπεθύμησε τοῦ κάλλους ὁ βασιλεὺς, τῇ σάρῃ ἐστιν, ὡς ἔφην, ἡ ἀχραντος ἐκείνη καὶ μακαρία, ἣν αὐτὸς ἀνακομίσας ὁ Λόγος εἰς οὐρανοὺς, ἐκ δεξιῶν παρέστησε τοῦ Πατρὸς, ἐν ἰματισμῷ διαχρύσῳ κεκοσμημένην· ὃ δὴ ἐστιν, ἐν ἐπιτηδεύμασι τῆς ἀφθαρσίας, ἡ συμβολικῶς ἔφησε χρυσᾶ κροσσωτά. Ἐπειδὴ γάρ ἐκ ποικίλων ποικίλλεται τοῦτο καὶ συγκαθυφαίνεται κατορθωμάτων τὸ ἔνδυμα (οἷον ἀγνείας, φρονήσεως, πίστεως, ἀγάπης, ὑπομονῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν)· & δὴ, κατακαλύπτοντα τὴν ἀσχημοσύνην τῆς σαρκὸς, κοσμεῖ τὸν ἀνθρώπου κόσμῳ χρυσῷ.

CAP. IX. Virgines statim post Reginam ac Sponsam.

Restat ut quid in consequentibus psalmi post commemoratum hominem a Verbo assumptum, ad Omnipotentis dexteram collocatum, tradat Spiritus sanctus, consideremus. Adducentur, inquit ⁴⁶, regi virgines post eam; proximæ ejus afferentur tibi. Afferentur in laetitia et exultatione; adducentur in templum regis. Valde manifeste videtur hic divinus Spiritus virginitatem laudare, ac polliceri, virgines secundo post Domini sponsam loco, ut exposuimus, ad Omnipotentem accessuras in laetitia et exultatione, ambitioso cultu comitantibus angelis ac deducentibus. Adeo enim amabile et supra modum revera desiderabile virginitatis decus, ut post reginam quam exaltavit Dominus, atque ab omni peccato

C "Ἐπειτα τί δὴ πάλιν καὶ ἐν τοῖς ἔξῆς τοῦ φαλμοῦ, μετὰ τὸ τὸν ἀνθρώπον ἐκ δεξιῶν ἐνθρονισθῆναι τοῦ Πατρὸς, ὃ ἀνεβληφεν ὁ Λόγος, τὸ Πνεῦμα παραδίδωσιν, ἐπισκεπτέον. Ἀπενεχθήσοται, φησί, τῷ βασιλεῖ παρθένοισπισω αὐτῆς· αἱ πληστοραυτῆς ἀπενεχθήσοται σοι. Ἀπενεχθήσοται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει· ἀχθήσοται εἰς ταῦτα τοῦ βασιλέως. Πάνυ προφανῶς ἐνθάδε λοιπὸν ἔοικεν ἐγκωμιάζειν τὸ Πνεῦμα τὴν ἀγνείαν, μετὰ τὴν νύμφην, ὡς ἀποδεδώκαμεν, τοῦ Κυρίου, δευτέρας προσιέναι τῷ Παντοχράτορι ἐν ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ τὰς παρθένους ἐπαγγελ λομένου, ὑπ' ἀγγέλων διρυφορουμένας τε καὶ παραπεμπομένας. Οὕτω γάρ ἐπέραστόν τι τὸ τῆς παρθενίας ἐστὶν ὡς ἀληθῶς καὶ περιπόθητον κλέος, ὥστε

⁴⁵ Psal. XLIV, 10. ⁴⁶ ibid. 15, 16.

(7) Ἐγκατέσχηψεν. Illapsus est, invasit. Maz. et Allat., ἐγκατεσκήνωσεν, in ea habitavit, quod æque probatum. Possinius, agglutinatus est, quod explicatio est vocis προσεκόλληθη, non minus quam illud, ei adhæsit, ac ταυτολγία, non expositio novæ Methodii vocis. Illud etiam, incarnans se in eam, quam durum parumque theologicum! τὸ εἰς αὐτὴν verbum ἐγκατέσχηψε respicit; modus vero denotatur illa voce ἐνανθρωπήσας, hominis assumptione et factus homo: sic in eam venit atque invasit illique incubuit, quæ vis est ejus vocis. Quod tamen Methodius, singulari ea sanctitate et justitia, κατηξιώσθαι dicit κοινωνὸν γίνεσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Μονογενοῦς, meruisse consortem fieri regni Unigeniti, ægre a Nestorianis furfuribus vindicari pos-

D sit, et unione honoraria, non κατὰ φύσιν et ὑπόστασιν, qua homo consecratus in Dei filium ab ipso momento creati animi, et Deus factus homo; non ullis meritis aut prosector, eo proiectus ille homo, ut Dei filius ejusque regni consors diceretur. Comes igitur et quasi effectus divinæ illius unionis fuit, omnis illa Christi hominis justitia et sanctitas, non ejus ratio, ob quam meruit illam adipisci. Etiam Gregorius in Homil. hanc nuptiarum Filii Dei cum sua carne (seu humanitate) comparisonem statim rejicit, ut minus accommodam, et quæ saveat Nestorio: quod nuptiarum sœdera non sint nisi inter eos, qui distinctæ personæ sunt: proinde mavult dici de Christo et Ecclesia, quæ est prima Methodii expositio. COMBERIS.

δπίσω τῆς βασιλείσεως, ἢν ἀνήγαγεν ὁ Κύριος, ἀναμάρτητον ἀποτορνεύσας τῷ Πατρὶ, τὸν χορὸν τῶν παρθένων καὶ τὸ τάγμα προσκομίζεσθαι, τὰ δευτερεῖα τῆς νύμφης κεκληρωμένον. Ταῦτα σοι καὶ παρ' ἡμῶν, ὡς Ἀρετὴ, τὰ γυμνάσματα τῶν λόγων ὑπὲρ ἀγνείας ἐστηλιτεύοθω.

Εἰπούσης δὲ ταῦτα τῆς Προκλλῆς, Ἐμδες δὲ κλῆρος, ἡ Θέκλα Ἐφη, μετὰ ταύτην ἐφεξῆς ἀγωνίζεσθαι· καὶ χαῖρω ξυνέμπορον ἔχουσα κάγὼ τὴν σοφίαν τῶν λόγων, αἰσθανομένη κιθάρας δίκην ἔσωθεν ἀρμοζομένην με καὶ παρασκευάζουσαν εἰς τὸ μεμελημένως εἰπεῖν καὶ εὐσχημόνως.

APET. Ἀριστα, ὡς Θέκλα, τὴν προθυμίαν ἀπεδεξάμην, ἥν καὶ πιστεύω εἰς δύναμιν πρέποντας ἀποδοῦναί σέ μοι τοὺς λόγους· φιλοσοφίας τε γάρ τῆς ἐγκυκλίου καὶ παιδείας οὐδενὸς ὑστερήσεις· τῆς εὐαγγελικῆς τε αὖ καὶ θείας, τῇ χρή καὶ λέγειν, παρὰ Παύλου σεσοφισμένην:
evangelica vero et divina doctrina quid attinet dicere, cum Paulo magistro edocta imbutaque sapientia sis?

ΛΟΓΟΣ Η'.

ΘΕΚΛΑ.

CAP. I. *Vocis, Παρθενία, Methodianum etymon, pene divina. Virtus, Ἀρετὴ Graece, unde dicta?*

Οὐκοῦν λέγωμεν δῆ, πρῶτον αὐτόθεν ἀπ' ἀρχῆς ἀπαρξάμεναι τῆς ἐπωνυμίας· δι' ἢν αἰτίαν ἐκλήθη παρθενία τοῦτο τὸ κορυφαιότατον καὶ μακάριον ἐπιτήδευμα, οἴδι τε δν τυγχάνει, καὶ δύναμιν ἢν ἔχει, καὶ εἰσύστερον ὅποιους καρποὺς αποτελεῖ. Κινδυνεύουσι γάρ δλίγου σύμπαντες αὐτὴν ἡγνοητέναι, μυρίων διαφέρουσαν τῶν ἄλλων τῆς ἀρετῆς πλεονεκτημάτων, ὅπόσα εἰς κάθαρσιν καὶ κόσμον διαπονούμεθα τῆς ψυχῆς. Παρθενία (8) γάρ τη παρθενία κατὰ μίαν ὑπαλλαγὴν καλεῖται στοιχείου, ὡς δῆ μόνη τὸν ἔχοντα καὶ τετελεσμένον αὐτῆς τὰς ἀφθορους τελετὰς θεῷ παρεικάζουσα, οὐ μεῖζον ἀγαθὸν ἀδύνατον εὑρεῖν, ἥδονῆς καὶ λύπης ἀπωχισμένον· καὶ τὸ τῆς ψυχῆς καταρδευόμενον ἀληθῶς αἴξεται τε

(8) *Παρθενία.* Retinimus codicis Vat. lectionem in voce πανθεία, quam interpres qui solum illum codicem habuit, secutus est. Cæterum probabilior videtur altera, quam et codex Maz. et Photiana excerpta suggerunt, παρθενία, sive potius παρά θεία, duobus vocabulis, quae in unum conslata, sola mutatione τοῦ α in ν, et hujus insitione inter ε et i penultimæ, vocem dabunt παρθενία. *Etymologicus* quoque præpositionem παρά in παρθενίας veriloquio agnoscit, dum scribit, παρθενία, δτι παρά Θεοῦ ἐδοθη. ED. LUPAR. — *Παρθενία γάρ.* Possinius, quasi ex Vat., πανθεία, omnino divina, leví, inquit, mutatione litteræ; nec qui ejus Lupar. editioni præfuit, etsi reckusantibus omnibus codicibus, necnon Photio, æquum patavit illi mutare, quod is solum illum codicem habuerit, quem secutus est. Ego magis putem nullum secutum esse, sed vel suum, vel pueri exscribentis σφάλμα. Nam Ailiatius, qui variantes lectiones ex Vat. et Barb. serio collegit, nihil hujus diversitatis meminit, quam, ut videtur, nullam ejusmodi in eo codice offendit. Et certe vox πανθεία non congruit expositioni Methodii, qua sic dici παρθενία ait, quod illa Deo assimile-

A immunem perornavit, virginum chorom atque ordinem, secundo statim post sponsam honore dignatur. Hæ tibi quoque a nobis sermonum exercitaciones, o Arete, pro virginitate velut in cippo ac perenni ære insculptæ sunt.

Talia ubi Procilla perorasset, Meus jam, ait Thecla, agendi locus est: eoque gratulans occurro, quæ et ego sapientiam sermonum (vim scilicet eloquentiæ) saventem habeam; sentiamque citharae in modum interius aptantem ac concinnantem, ut elaborate ac decore venustoque eloquio disseram

B ARET. Optime, o Thecla, tuus hic ardor ac alacritas mihi accedit, qua et spero, pro data tibi facultate, sermones te habituram, qui ex argumenti mole ac majestate congrue instituto respondeant. Nempe philosophia variaque eruditione ac liberalium artium comprehensione cedis nemini: dicere, cum Paulo magistro edocta imbutaque sapientia sis?

ORATIO VIII.

THECLA.

Igitur dicamus primum, ab ipsa ordientes nominis appellatione, cur scilicet principaliissimum istud beatumque quo de agimus, institutum, παρθενία vocitetur, quod Latinis virginitas dicitur: tum explicabimus quale id sit quamque habeat vim, ac postremo quos ex se fructus edat. Parum enim abest quin plerique hanc ignorent, cum innumeris aliis præcellat virtutis muneribus, quæcumque vel ad animæ purgationem usurpamus, vel ad ejus exorcationem. Παρθενία enim (ac si dicas *Deo affinis ac pene divina*) παρθενία dicitur, elementi duntaxat commutatione, ut quæ sola illa præditum ejusque incorruptis sacris initiatum Deo similem reddit, qua nullum majus bonum occurrerit, a vo-

D mur. Respxit ergo præpositionem παρά, quæ sic comparationem importat et accessum quemdam ad formæ perfectionem, quæ per vocem significatur. Sic *Etymologus*, pluribus quas assert ejus vocis notionibus, ubique præpositionem παρά assumit, ex qua παρ' κατὰ συγχοπὴν factum ait; eliso scilicet elemento α, quod tamen subintelligatur, illudque ipsum sit cuius mutatione παρθενία Methodio παρθενία dicatur; nempe mutato α in ν, vicissimque ejus ipsius elisione. Virgines dicuntur grandiores puellæ necdum tamen thorum expertæ: nobis, quæ ulteriori proposito Deo consecratæ atque devotæ, ab omni se venere animo ac corpore absident; ut nunquam sponte luxuriæ ullis illecebribus aut turpis libidinis dedant animum, aut corpus mancipari (quantum animi servit nutibus) sinant. Vide *Etym. Thesauri*, append., etc. Κατὰ μίαν ὑπαλλαγὴν στοιχείου, quod reddit Allat., una elementi ejectione, non satis capio; nam ea vox non ejectionem significat, sed mutationem, ac qua una littera alteri substituatur, ut a nobis expositum est. Comberis.

luptate æque seu libidine atque dolore semotum. Cujus irriguo animæ penna ebria vere crescit, leviorque effecta, ab humanis studiis avolare quotidie assuecit.

Quoniam enim panegyrim esse vitam nostram sapientes dixerunt; nos autem quasi personas veritatis scenam (id est justitiam) in theatrum dantes, contranitentibus et ad se spectaculum trahere certantibus diabolo ac dæmonibus, in cœlum oculos tollamus necesse est, assumptisque alis in altum feramur, atque earum suavis vocis illices sonos gestusque impudicos, castitatis exterius probæque honestatis obductos specie, præ Homericis Sirenis fugiamus. Multi enim, erroris illecebris deliniti, defluentibus pennis degravantur in hanc venientes vitam, relaxatis et languida mollitie resolutis nervis, quibus alarum castitatis indeoles roboratur, ea sursum levans quæ corruptioni corporum libidine deorsum vergunt. Hinc, o Arete, tibi nomen est, sic dictæ sive quod per te ipsam αἱρετὴ, eligibilis es, dignaque quæ præopteris, quod αἱρεῖς, id est, attollis et in cœlos levas, in candidissimis semper mentibus incedens: tu mihi auspex orationis esto, quam ipsa habere præcepisti.

CAP. II. Alta sacratum virginum mens et constantia. Virginum in beatas sedes ante reliquos introductio.

Qui enim defluxum, quem dixi, pennarum passi, in voluptates prolapsi sunt, non prius dolere ac laboribus conflictari desinunt quam libidinis concupiscentia intemperantiae necessitate expleta, profani sacrisque exclusi, a veritatis scena extores extiterint, ut non pudore castisque nuptiis liberis procreandis ponant operam, sed saevis amorum voluptibus furore insaniant. Quæ vero forti levique penna sæculi emergentes cœno, in locum mundum superiorem oculos mentemque extulerunt, procul aspicientes quæ nemo aliis viderit, ipsa nimirum incorruptionis prata, inæstimabilia decora floresque pleno illis cornu fundentia, ad ipsa quæ illic sunt continua animo erecti sunt versantque spectacula; quo sit ut tanquam parva despiciant quæ hic pulchra existimantur, opes, honores, nobilitatem, nuptias, nec horum quidquam majoris aliquid pretii arbitrentur. Quin et si quis earum corpora feris flammisve objiceret voluerit, dirisque excarnificare suppliciis, quantumvis tormentorum acerbitatem contemnere in promptu habent, quod illorum amore ac specie quam dixi, defixa sunt, ut quamvis in mundo versentur, non in mundo esse videantur, sed mentis sensu ac sumptuæ.

(9) Διὰ τοῦτο μικρὰ ἡγοῦνται τὰ ἐντ. Allatius, διὰ τοῦτο μὴ δέπουσαι πρὸς τὰ ἐντ.... In edito Combeffisiano perperam adnotatum in margine, hanc esse lectionem ms. Mazar. GALL.

(10) Τῶr ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Importune nimis editum in Luper., τῶν ἀστρων, de qua tamen voce is qui præfuit editioni, ac variantes lectiones adjecit, Vox ἀστρων, inquit, deerat in Vat. codice. At, si deerat, unde Fossinio ascita, qua reddenda tantis laborat verborum phaleris? Ponit Allatius inter varias lectiones ex Vat. et Barb. codd., indeque Pos-

χαὶ κουφίζεται πτέρωμα, τῶν ἀνθρωπίνων ἔξιππασθαι καθ' ἡμέραν ἐθιζόμενον σπουδασμάτων.

Ἐπειδὴ γὰρ πανήγυριν τὸν βίον ἡμῶν σοφῶν παιδες εἰρήκασιν εἶναι, ἡμᾶς δὲ τὸ δρᾶμα τῆς ἀληθείας, τὴν δικαιοσύνην, ἥκειν ὡς εἰς θέατρον ἐπιδειξομένους, ἀντιτεχνούντων ἡμῖν καὶ ἀνταγωνιζομένων τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων, ἀνανεύοντας δινῷ δεῖ καὶ ἀνιπταμένους μετεωρίζεσθαι, καὶ φεύγειν τὰ θέλγητρα τῆς καλλιφωνίας αὐτῶν, καὶ τὰ σχήματα ἔξωθεν φαντασίᾳ σωφροσύνης ἐπικεχρωμένα, ή τὰς Σειρῆνας μᾶλλον τὰς Ὁμηρικάς. Κηλούμενοι γὰρ ταῖς ἡδοναῖς τῆς πλάνης, πτεροφόρουσι πολλοὶ, καὶ βαρύνονται εἰς τὸν καθ' ἡμᾶς βίον ἥκοντες, χαυνθέντων αὐτοῖς καὶ χαλασθέντων τῶν τόνων, καθ' οὓς ἡ τῶν πτερῶν τῆς σωφροσύνης συγκρατεῖται φύσις, κουφίζουσα τὰ κάτω γεύοντα περὶ τὴν φθορὰν τῶν σωμάτων. "Οθεν, ὦ Ἀρετὴ, εἴτε ὅτι δι' ἔαυτὴν αἱρετὴ, εἴτε διὰ τὴν αἱρεῖν καὶ μετεωρίζειν πρὸς οὐρανὸν, ταύτην ἔσχηκας τὴν ἐπωνυμίαν, ἐπὶ λευκοτάτων ἀεὶ βαίνουσα φρενῶν· Ιθι μοι συναντιληφθεῖνη τοῦ λόγου, δν αὐτὴ προσέταξας εἰπεῖν.

Οἱ γὰρ πτεροφόροι σαντεῖς καὶ πεσόντες εἰς τὰς ἡδονὰς οὐ πρότερον λήγουσι λύπτες καὶ πόνων, ἔστ' ἄν, τῇ τοῦ πάθους ἐπιθυμίᾳ τὴν ἀνάγκην ἐκπληροῦντες τῆς ἀκρασίας, ἀμύητοι καὶ ἀτελεῖς τοῦ τῆς ἀληθείας ἀπομεινωσι δράματος· ἀντὶ τῆς μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης παιδοποιήσεως ἀγρίαις ἐρώτων λυττήσαντες ἡδοναῖς. Άι δὲ εὔπτεροι καὶ κοῦφαι εἰς τὸν ὑπερκόσμιον τόπον ὑπερκύψασι τοῦ βίου, καὶ ἰδούσαι πόρρωθεν δὲ μὴ ἔτερος ἀνθρώπων ἐθεάσατο, τοὺς λειμῶνας αὐτοὺς τῆς ἀφθαρσίας, ἀμήχανα κάλλη καὶ ἀνθη φέροντας, καὶ πεπληρωμένους, ἀεὶ πρὸς αὐταῖς εἰσιν ἀναπολοῦσαι τὰ ἐκεῖ θεάματα· καὶ διὰ τοῦτο μικρὰ ἡγοῦνται τὰ ἐνταῦθα (9) νομιζόμενα καλὰ, πλοῦτον, καὶ δόξας, καὶ γένη, καὶ γάμους, καὶ οὐδέν τι ἐκείνων περὶ πλείονος ποιοῦνται. Ἄλλα καὶ εἰ τις αὐτῶν θηρίοις ή πυρὶ βούλοιτο τὰ σώματα παραδιδόναι καὶ τιμωρεῖσθαι, ἔτοιμως ἔχουσι τῶν ἀλγηδόνων ἀφροντιστεῖν διὰ τὸν ἐκείνων πόθον καὶ τὴν ἐκείνων ἐκπληξιν· Ὅτε δοκεῖν αὐτὰς, ἐν κόσμῳ οὖσας, μὴ εἶναι ἐν κόσμῳ, ἀλλὰ τῷ φρονήματι καὶ τῇ ὁρμῇ τῆς ἐπιθυμίας εἰς τὴν ἀγυρίν ἥδη τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς (10) τυγχάνειν.

desiderii vi, in ipsum jam cœlitum cœtum as-

sinius habuerit, quam tamen ipse in suo non habuit. Meo periculo quidvis aliud potius scripsit Methodius. Forte ἀγίων, vel potius ἀγγέλων, ut exprimat illud Hebr. xii, 23, ubi de illo ipso cœlum cœtu, in quo jam versari virgines sensu mentis videantur, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, quam ipsam vocem scripserit Methodius nisi simplici maluerit reddere ἀγυριν. Perinde enim est, concio, cœtus, multitudo collecta, non siderum (nugæ), sed cœlestium spirituum et angelorum, quibuscum beata nobis societas in cœlis exspectatur; jamque virginis-

Οὐ γάρ θέμις ἐπὶ γῆς βρίθειν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τὸ τῆς παρθενίας πτερὸν, ἀλλ' δικαίων φέρειν εἰς οὐρανὸν, εἰς καθαρὸν αἰθέρα, καὶ τὸν τῶν ἀγγέλων τείτονα βίον. "Οθεν καὶ πρῶται τῶν ἀλλων μετὰ τὴν ἀνάκλησιν καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν αἱ δρῦῶς καὶ πιστῶς παρθενεύσασαι τῷ Χριστῷ τὰ νικητήρια φέρονται τῶν ἄθλων, τοῖς τῆς ἀφθαρτίας ἀνθεσι στεφθεῖσαι πρὸς αὐτοῦ. "Αμα γάρ τῷ καταλεῖψαι τὸν κόσμον τὰς ψυχὰς, λόγος ταῖς παρθένοις ὑπαντῶντας ἀγγέλους μετὰ πολλῆς εὐφημίας εἰς τοὺς προειρημένους παραπέμπειν λειμῶνας αὐτὰς, εἰς οὓς καὶ πρόσθεν ἐλθεῖν ἔγλιχοντο, μακρόθεν αὐτοὺς φαντασιώθεισαι τότε, ὅπτε, ἔτι ἐπενδημοῦσαι τοῖς σώμασιν, Ινδάλλοντο τὰ θεῖα.

CAP. III. Virginitatis sors et hereditas.

Ἐνταῦθα δὴ ἐλθούσας, θαυμαστά τινα θεάσασθαι, καὶ ἔκλαμπρα καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὅποια ἔξειπεν εἰς ἀνθρώπους δυσχερές. Εἶναι γάρ αὐτὴν δικαιοσύνην καὶ φρόνησιν, ἀγάπην αὐτὴν ἔκει καὶ ἀλήθειαν καὶ σωφροσύνην, καὶ τὰ ἀλλαχώσαντας ἐπιφανῆ τῆς σοφίας ἀνθη καὶ φυτά· ὃν ἡμεῖς ἐνθάδε σκιάς μόνας φασματώδεις ὄντειρώτατος, ἀπὸ τῶν πράξεων ἥγούμεθα τῶν ἀνθρωπίνων συνεστάναι, ὅτι μή ἔστιν αὐτῶν δεῦρο μηδὲν εἰδωλον καταφανεῖς, ἀλλ' ἀπεικονίσματα μόνον ἀειδῆ, ἢ δὴ καὶ αὐτὰ σκοτεινῶς πολλάκις ἀπεικάζοντες αἰσθανόμεθα. Οὐ γάρ ἀν πώποτε δικαιοσύνης αὐτῆς ή συνέσεως ή εἰρήνης ὁ φθαλμοῖς ἐθεάσατο τις μέγεθος, ή σχῆμα ή κάλλος· ἔκει δὲ ἐν τῷ "Ορτι" (11), ὡς εἰσιν, διλοτελῇ βλέπονται καὶ σαφῆ. Εἶναι γάρ δένδρον τι σωφροσύνης αὐτῆς, εἶναι ἀγάπης, εἶναι συνέσεως· ὥσπερ καὶ τῶν ἐνθάδε τὰ φυτὰ καρπῶν, οἷον σταφυλῆς, βοιᾶς καὶ μήλων, οὕτω δὴ κάκείνων δρέπεσθαι (12) μὲν καὶ ἐσθίεσθαι τοὺς καρποὺς, οὐ μὴν ἀπόλλυσθαι καὶ φθίνειν, ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν αὖξειν καὶ θειότητα τοὺς δρεπομένους· καθὼς κάκείνος ἐξ οὐ πάντες ἐσμὲν, πρὸ τοῦ παραπεσεῖν καὶ πηρωθῆναι τὰς δψεις, ἐν τῷ παραδεισῷ τυγχάνων, ἀπεκαρπεύετο, τοῦ Θεοῦ θεμιστεύοντος τὸν ἀνθρωπὸν τῶν τῆς σοφίας ἐργάτην τεθῆναι καὶ φύλακα φυτῶν. Τοιούτους γάρ ἦν καρποὺς πεπιστευμένος γεωργεῖν καὶ ὁ πρῶτος Ἄδαμ. Καὶ ὁ Ἱερομίας δὲ ταῦτα τυγχάνειν ιδικῶς ἔν τινι τόπῳ καὶ ἀφεστῶτι μεγάλην ἀπόστασιν τῆς καθ' ἡμᾶς

B **Jam vero illuc perductis**, miranda quædam illustriſſimaque et beata, et supra quam humano eloquio exprimi facile possit fruenda offerri pulchritudinum spectacula. Ipsa quippe illuc justitia, ipsa prudentia, ipsa sese palam monstrat indulgetque cum charitate veritas et castitas, aliquique id genus speciosissimi sapientiae flores ac plantæ: quorum nos hic umbras solas quasi per somnium imaginantes, putamus ex humanis constare operationibus, quod nullum nobis hic eorum conspicuum suppetat simulaclrum, sed obscuræ duntaxat designationes, quas et ipsas saepius obscure delineantes densaque caligine, sentimus. Nec enim ullus unquam ipsius justitiae, aut prudentiae, aut pacis, magnitudinem aut formam, aut deorem oculis usurpavit; illuc vero in eo *Qui est*⁴⁷, uti vere sunt, integra ac conspicua perspiciuntur. Est enim ipsius castitatis arbor, est caritatis, est prudentiae, uti sane et fructuum hic terrenorum plantæ (*vitis* scilicet, *malogranati*, *malorum pomorumque omnium*), sic et illarum carpuntur fructus atque eduntur, non qui pereant ac māreescant, sed qui legentes ad immortalitatem divinitatemque adaugeant: quemadmodum et ille cuius omnes sumus soboles, ante lapsum ac cæcata lumen, in paradiſo fructuum usura gaudebat, constituto per Dei seicum homine, ut plantarum sapientiae cultor ac custos esset. Tales namque fructus ut coleret, primus Adam in suam fidem acceperat. At-

⁴⁷ Exod. iii, 14.

bus ac iis quorum cum Paulo conversatio, municipius (*πολίτευμα*) est in cœlis, occupato præstatut. COMBEFIS.

(11) Ἐκεῖ δὲ ἐν τῷ "Ορτι". Sie accipio, ut Dei nomen intelligatur, quo se ipse Exod. iii, 14, vocat, semelque et iterum Jer. xix et xxxii compellat. Illic ergo ἐν τῷ "Ορτι", in illo qui est, in Deo fonte essendi, et qui est ipsum esse, cuius munere est quidquid est, cernunt animi primigenias istas rationes et emanationes clare et integre, non ut in nobis visuntur in esse caduco et mortali, contrariis admistæ: quæcumque tandem illa Dei visio, et τοῦ "Οντος" sit Methodio, vel ipsius in se divinæ essentiæ, vel qualē extra illam animi possunt habere. Non loqui vero Methodium de ipsa in se Dei visione, argumento est exemplum protoplasti, cui ante lapsum eamdem cognitionem videtur tribuere. Locus

D item Baruch non ad ipsam Dei visionem videtur hortari, sed ad virtutes quales humana facultate ac Dei munere homo viator nancisci potest. Possinius *coram et rere* reddidit, ac si ea locutio vim solum adverbii haberet: qui sensus valde humilis est. Melius Allatius, *in ipsa veritate*, quam velim Deum Veritatem intellexisse; inde Veritatem, quod est ipse qui est, datque omnibus esse et vere esse. Id.

(12) Δρέπεσθαι. Proclive fuit mutare βλέπεσθαι, cum liqueat scripsisse Methodium, quod ita a me mutatum est; quod carpere sequatur τὸ ἐδεσθαι vel ἐσθίεσθαι, ut alii et alii codices habent; et quod augere ad immortalitatem et divinitatem addat τοὺς δρεπομένους, eos qui carpan, non qui videant, quod remotius est ad metaphoram. Vitiosa prorsus Allatii edita, ex nostris emendanda. COMBEFIS.

que hæc Jeremias quodam loco seorsum, procul ab orbe nostro sensit exsistere. Sic namque ait, eos deplorans qui beati illius ævi bonis exciderunt : *Discite ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus : ut sciatis simul, ubi sit longitudo vitæ et vita; ubi sit lumen oculorum et pax. Quis inventum ejus? et quis intravit in thesauros eorum?*⁴⁸ In horum nempe thesauros ingressæ virgines, virtutum rationes decerpunt; multis ac bene ordinatis irrigatæ luminibus, aspergente illis Deo santis instar, qui sæculum illud, nullo unquam occasu extingueendis luminibus splendidius illustret. Hæ porro semper choros agunt modulatis vocibus laudantes Deum. Circumfusus namque illis aer purus est, et quo solis orbita nunquam invehatur.

CAP. IV. *Parænesis ad virginitatem excolendam. Proponitur excutiendus locus Apoc. xii, 1-6.*

Nunc ergo, virgines, incorruptæ castitatis siliæ, B de vita bonis omnibus beata, deque cœlorum regno studium nobis est et contentio. Eia in eamdem intemeratæ virginitatis laudem cum prioribus vos quoque alacri animo consipitate, parum curantes hoc sæculum ac mundum. Non parum enim ad felicitatem vitamque curis liberam incorruptio condicit ac castimonia, quippe quæ carnem humo levans, sublimem ferri faciat, ejus nimio exsiccato humore luteoque expresso pondere, majore trahendi vi ac impulsione. Neque vos ullæ audiendi sordes repentes in terram deprimant. Neque mortor gaudium interpolet, ipsas quæ melioribus nitantur, elidens spes : sed nulla morositate ingruentes in vos clades damnaque excutite, nullis mentis faciem sustentantes querulis gemitibus. Vincat prorsus fides, C ejusque lumen, quæ circa eorū volitant, mali hostis fœda simulacula depellat. Nimurum, ut quando serenam noctem luna plena illustrans, affluit ab occasu densis atrisque nubibus ad tempus oculit, nec tamen auferitur; quippe statim vi venti dissipatis nubibus, clara mundo luce redditur : sic et vos, lucem virginitatis ostendentes mundo, etsi angustiis et laboribus vexamini, ne, quæso, virgines, fatigentes spem vestram abjicite. Aderit mox Spiritus, qui nequissimi dissipet nubila, si vos quemadmodum Mater vestra, quæ in cœlo parit masculum Virginem, infensi anguis insidias minime timeatis. De qua ego muliere distinctius vobis loqui constitui, idque ut agam modo tempus exigit.

Signum magnum apparuit in cœlo, ait Joannes C Apocalypsin enarrans⁴⁹, mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus; et in capite ejus corona stellarum duodecim: et in utero habens clamabat parturiens, et cruciabatur ut pareret. Et visum est aliud signum in cœlo: et ecce draco magnus rufus, habens capita septem et cornua decem, et in capitibus ejus diademata

⁴⁸ Bar. iii, 14, 15. ⁴⁹ Apoc. xii, 1-6.

(13) *Alorior.* Sic nos cum Allatio, pro aliōnō quod alii dant. EDIT. PATROL.

(14) *Φωστήρ ἀδύτοις.* Paulus inferius, τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον vocat, lumen quod nulla nox excipiat,

A οἰκουμένης οὖδεν, ἔνθα τοὺς ἐξολισθίσαντας τῶν αἰώνων (13) ἀγαθῶν κατοικτίζων λέγει. *Μάθετε ποῦ ἐστι φρόνησις, ποῦ ἐστιρ̄ λεχάνης, ποῦ ἐστιρ̄ ἡ σύνεσις, τοῦ γνῶναι ἄμα ποῦ ἐστι μαρτυροῦσις καὶ ζωὴ, ποῦ ἐστι φῶς ὀφθαλμῶν καὶ εργήτη· τις εὑρε τόπον αὐτῆς, ἢ τις εἰσῆλθε εἰς θησαυροὺς αποκαρπεύεσθαι λόγους τῶν ἀρετῶν τὰς παρθένους, εὐτάκτοις φωσὶ καὶ πολλοῖς καταρδομένας, ἢ δίκην πηγῆς αὐταῖς ὁ Θεός; ἀνερεύγεται, καταλάμπων ἔχεινον τὸν αἰώνα φωσὶν ἀδύτοις (14)· αἱ δὲ χορεύουσιν ἐμμελῶς γεραρουσαι τὸν Θεόν. Περικέχυται γὰρ αὐταῖς ἀήρος καθαρὸς, καὶ μὴ καθιππευόμενος ἥλιψ.*

Nῦν οὖν, Ὡ παρθένοι, σωφροσύνης ἀχράντου θυγατέρες, ὑπερ ζωῆς ἡμῖν ἀφθόνου καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἡ σπουδὴ. Εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν τῆς ἀγνείας καὶ ὑμεῖς προθύμως ταῖς πρὸ ὑμῶν συμφρονήσατε, δλίγα φροντίσασαι τοῦ βίου. Οὐ γὰρ μικρὸν εἰς φραστῶντην ἀφθαρτία καὶ ἀγνεία, ἀνωφερῆ τὴν σάρκα πρὸς ὑψὸς αἴρουσα, καὶ τὸ κάθυγρον αὐτῆς ἀναξηράινουσα καὶ πηλῶδες βάρος, δλκῆ μείζονι· μηδὲ βριθέτω τῆς ἀκοῆς ὁ βύπος, βέπων εἰς τὴν γῆν· μηδὲ μεταχοσμείτω λύπη τὴν χαράν, ἐκτήκουσα τὰς ἐπὶ τοῖς κρείττοσιν ἐλπίδας· ἀλλὰ ἀτρύχως ἀποσίεσθε τὰς ἐπιτυμβαινούσας ὑμῶν συμφορὰς, μὴ θολοῦσαι γόσις τὸν λογισμόν. Νικάτω γὰρ ἡ πίστις πάντη, καὶ ἀπωθείσθω τὸ φῶς αὐτῆς τὰ φερόμενα τοῦ πονηροῦ περὶ τὴν χαρδίαν φάσματα. Όσπερ γὰρ ὅταν ἡ σελήνη τὸν οὐρανὸν αἰγλῆς ἐκλάμψα πληρώσῃ, καὶ πᾶς ὁ ἀήρ αἰθρίος γενηθῇ, ἄφνω δὲ νεφέλαι ποθὲν ἐκ δυσμῶν, ὑποδραμοῦσαι βάσκανοι, τὸ φῶς αὐτῆς πρὸς δλίγον ἐπισκιάζουσιν, οὐ μὴν ἀφαιροῦνται, ἀτε εὐθέως τῇ βύμῃ τοῦ πνεύματος ἐξωθούμεναι, οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς, ἐν τῷ κόσμῳ λάμπουσαι τὴν ἀγνείαν, ὑπὸ θλίψεων δχληθεῖσαι καὶ πόνων, ὃ παρθένοι, μὴ δχλάσατε πρὸς τὰς ἐλπίδας. Ἐξωθοῦνται γὰρ τῷ Πνεύματι τὰ ἐκ τοῦ πονηροῦ νέφη, ἐκν ὥσπερ ἡ Μήτηρ ὑμῶν καὶ ὑμεῖς, ἡ γεννῶσα τὸν ἀρσενα παρθένον ἐν τῷ οὐρανῷ, μὴ δειλιάτης λογῶντα καὶ ἐφεδρεύοντα τὸν δφιν· περὶ τῆς ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἀμηγέπη διεξελεύσομαι δηλοῦσα· καιρὸς γὰρ τὰ νῦν.

Kαὶ ὁ φθη μέγα σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, τὴν Ἀποκάλυψιν ὁ Ἰωάννης ἐξηγούμενος λέγει, γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον· καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς· καὶ ἐπὶ τῆς κεχαλῆς αὐτῆς στέφυρος ἀστέρων δώδεκα· καὶ ἐν γυναικὶ ἔχοντα κράζει ὡδίοντα καὶ βασανίζοντα τεκεῖται. Καὶ ὁ φθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ·

nullus occasus extinguat; nec re sic clara potuit doceri Possinius, ut *inaccessibilem lucem suam* meliori alia voce reique apposita, mutaret. COMBEENS.

καὶ ιδοὺ δράκων πυρός μέτας, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ἑπτὰ διαδήματα· καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον μέρος τῶν δοτέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν· καὶ ὁ δράκων ἔστηκεν ἐρώπιον τῆς γῆς τοῦ πελλούσης ἐκτενεῖν, ἵνα ὅταν τέκη τὸ τέκνον αὐτῆς κατασάρῃ. Καὶ ἐτεκενεὶς νιὸν ἀρσενικόν, διετέλεσεν πάρτα τὰ ἔθνη ἐν φάνδῳ σιδηρῷ· καὶ ἡρπάγη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεόν, καὶ πρὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ· καὶ ἡ γῆ ἤψυγει εἰς τὴν ἔρημον, διόπου ἔχει ἐκεῖ τόπον ἡτοιμασμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέψωσιν (15) αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς γυναικὸς ιστορούμενα καὶ τοῦ δράκοντος, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, τέλος ἔχει· περὶ δὲ τοῦ τὴν ἐπίλυσιν αὐτῶν ἀνεύρα- σθαι καὶ εἰπεῖν, μεῖζον δὲ καθ' ἡμᾶς τολμητέον, πιστεύσασαν τῷ κελεύσαντι τὰς Γραφὰς ἐρευνᾶν. Εἰ οὖν καὶ σφῶν τὰ λεγόμενα συνδοκεῖ, χαλεπὸν οὐδὲν ἥδη στείλασθαι. Πάντως γὰρ συγγνώσεσθε, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῆς Γραφῆς ἐὰν μὴ δυνηθῶ διαρκέσαι.

CAP. V. *Mulier pariens infesto dracone, Ecclesia : ejus cultus et gratia.*

Ἡ δρακονίσα περιβεβλημένη τὸν ἥλιον ἐν τῷ οὐρανῷ γυνὴ, καὶ στέφανον ἔχ τῶν ἀστέρων περικειμένη δύοδεκα, ἃς τὴν ἔδραν εἶχεν ἡ σελήνη πρὸς τοὺς ποσὶ, καὶ ὡδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν, αὕτη κυρίως ἔστι, κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, ἡ μήτηρ ἡμῶν, ὡς παρθένοι, δύναμις τις οὖσα καθ' ἐαυτὴν ἐτέρα τῶν τέκνων· τὴν δὲ μὲν Ιερουσαλήμ οἱ προφῆται, κατὰ τὴν σύνοψιν τῶν ἐπιφερομένων, διέδενύμωρην, δὲ δὲ Σιών δρός, δὲ δὲ ναὸν καὶ σκηνὴν Θεοῦ κεκλήκασιν. Ἡ γὰρ παρωρμημένη φωτίζεσθαι δύναμις ἐν τῷ προφήτῃ, Φωτίζου, κεκραγότος αὐτῇ τοῦ Πνεύματος, Ιερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀρατέταλκεν. Ἰδοὺ καλύψει (16) σκότος καὶ γνόφος γῆν· καλύψει ἐπ' ἔθνη· ἐπὶ δὲ σὲ φανήσεται Κύριος, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ δρακονίσεται. Καὶ πορεύσοται βασιλεῖς τῷ πυρὶ σου, καὶ ἔθνη τῇ λαμπρότητι σου. Ἀράβλεψον κύκλῳ τοῖς δρθαλμοῖς σου, καὶ ἵδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. Ἡκαστι πάρτες οἱ υἱοὶ σου μακρόθεν, καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὄμβρῳ ἀρθήσονται· ἔστεν δὲ ἡ Ἐκκλησία, ἃς τὰ τέκνα πασσυδεῖ ἥξει μετὰ τὴν ἀνάστασιν, πάντοθεν πρὸς αὐτὴν καθέοντα, αὐτῇ· δεχομένη τε τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον, τὴν λαμπρότητα στολῆς σχήματι περιβεβλημένη τοῦ Λόγου ἥδεται. Ποιῶ γάρ ἄλλῳ τιμαλφεστέρῳ κόσμῳ δὲ τιμιωτέρῳ τὴν βασιλισσαν ἐπρεπε κοσμηθεῖσαν νυμφαγωγηθῆναι τῷ Κυρίῳ, φῶς ὡς ἴμάτιον λαβοῦσαν; διὸ καὶ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀνακληθῆναι. Τοε γάρ, ἀναβάσαι τῷ λόγῳ, θεάσασθε. Ὅσπερ τὰς πρὸς γάμον παρθένους, γυναικαὶ μεγάλην, καθαρὸν καὶ ἀχραντὸν ὅλον καὶ μόνιμον κάλλος, καὶ οὐδὲν ἐλαττούμενον τῆς λαμπρότητος τῶν φώτων, ἀποστήνουσαν· καὶ ἀντὶ μὲν στολῆς, αὐτὸς φῶς τῆς φιεσμένην· ἀντὶ δὲ λίθων τιμίων, ἀστράσι φαιδροῖς τὴν κε-

A septem; et cauda sua trahebat tertiam partem stellarum cœli, et misit eas in terram: et draco stetit ante mulierem quae erat paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: et rapitus est filius ejus ad Deum et ad thronum ejus: et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. Hæc ibi summatim de muliere et draconе. Horum vero solutionem nancisci verbisque exponere, majus quid est quam pro nostra facultate. Audendum tamen, de illo fretæ qui jussit scrutari Scripturas⁵⁰. Cujus sententiae si et vos estis, nihil verebor ad rem aggredi. Omnino enim ignoscetis, si exquisitam ejus loci intelligentiam, pro ingenii tenuitate non satis assequi valeam.

B pro ingenii tenuitate non satis assequi valeam.

Quæ apparuit in cœlo amicta sole mulier, et coronam habens stellarum duodecim, cui ad pedes luna subsidet, quæ parturit et cruciatur ut pariat, ipsa proprie est, exacta veri ratione ac intelligentia, o virgines, mater nostra, nempe virtus quædam in se ipsa ac vere existens a filiis distincta: quam prophetæ, pro conspectu ac argumento eorum quæ seruntur, quandoque quidem Hierusalem appellant, interdum vero Sponsam, aliquando Sion montem, nonnunquam templum et tabernaculum Dei. Nam quæ virtus studet cupidique illuminari apud prophetam, clamante ad eam Spiritu⁵¹, Illuminare, illuminare, Hierusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Ecce tenebræ operient terram, et caligo populos: super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt reges in lumine tuo, et gentes in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregati sunt; venerunt tibi. Filii tui de longe venient, et filiae tuæ super humeros sustollentur; est Ecclesia, cujus filii magno undique concursu post resurrectionem venientes, in ejus confluent sinum. Hæc nimirum, suscepto, quod nullum novit occasum, lumine, velut stola, Verbi splendore induita

D latatur. Quo enim alio pretiosiori speciosiorive ornatu comptam decebat sponsam Domino adduci, lumen sicut vestimentum nactam, cujus et cultus gratia ad Filii nuptias a Patre vocaretur? Eia agite, ratione comite ascendentibus, haud secus ac nuptui tradendas virgines atque thalamos exspectantes, mulierem magnam conspicite, puram undique et illibatam stabilemque, nec quidquam lucis radiis imparem vibrantem pulchritudinem: et pro stola quidem, ipsa luce vestitam; pro lapidibus autem

⁵⁰ Joan. v, 39. ⁵¹ Isa. lx, 1-4.

(15) *Tρέψωσιν.* Sic ambo manuscripti et optimæ quæque editiones Apocalypsis XII, 6; unde corrigendæ videntur illæ quæ legunt *ἐκτρέψωσιν*. Ed.

pretiosis, splendentibus stellis circum caput ornatum. Quod enim nobis vestis, hoc illi lux; et quod nobis aurum aut pellucidi lapilli, hoc illi stellæ. Stellæ vero non vulgares illæ quæ in aspectibili sitæ sunt loco, sed aliæ quædam potiores lucidioresque, adeo ut hæ quas cernimus, nihil nisi illarum pictæ imagines ac imperfecta simulacra esse videantur.

CAP. VI. Ecclesiæ opera, filiorum in baptismo parturitio. Luna in baptismo : plenilunium Christi passionis.

Jam lunæ mulier insistere dicitur. Lunæ symbolo, illorum, ni fallor, designata fide, qui per lavacrum a corruptione mundantur : propterea quod ejus lumen aquæ tepidæ prope affine videatur, quodque ex luna humida omnis substantia pendeat. Super lunam itaque sortemque nostram ac electionem stat Ecclesia, pro lunæ quasi conspectu, interim parturiens quoad intraverit plenitudo gentium, ac animales in spiritales regenerans ; quo ipso et mater est. Ut enim mulier, informi viri suscepto semine, certo mensium orbe integrum hominem concipit partuque effundit, similiter et quis dixerit eos qui ad Verbum confugiant, Ecclesiæ utero continue concipiendos et ad Christi similitudinem formamque effingendos certis temporum periodis, beatorum illorum sæculorum cives præstari. Quare astare illani lavacro necesse est, eos generantem qui illo intinguntur. Hoc enim modo et selēnē (hoc est luna) vocatur ea quam circa lavacrum obtinet vis, quoniam néon scélæs (*novum scilicet jubar*) renovati, qui regenerantur (hoc est, *novam lucem*) spargunt. Unde et neophytis (*recens scilicet illuminati*) per quamdam circumlocutionem vocantur : qua nimirum spiritale illis plenilunium secundum passionis periodum ac recordationem semper novum exhibet, quoad et perfectum lumen magnæ diei illi oriatur.

CAP. VII. Mulieris partus in Apocalypsi, non ipse Christi, sed fidelium in lavacro.

Sin vero quis (neque enim grave sit palam denuo loqui) ægre ferens dictis objiciat : Quæ est hæc, quamque ad mentem Scripturæ hujus expositio, o virginis, cum utique Apocalypsis masculum ab Ecclesia generari definiat : vos autem istum Ecclesiæ partum sic interpretamini, ut in iis qui per baptismum regenerantur impleri doceatis? huic ita respondebimus : Atqui ne tibi, vitilitigator argute, facile fuerit ostendere, Christum esse istum cuius

(17) *Kai προσληψεως ἡμῶν.* Vox theologica, de Christi humana natura sæpius usurpata, quæ sic a Verbo assumpta, nosque in illa. Hicque adeo, nostra fides et πρόσληψις, fideles sunt et qui Christo accedunt, ejusque sors et hereditas baptismi initiatione fiunt ; quam lunæ symbolo designari auctor est Methodius, ob aquarum cum ejus luce affinitatem ac necessitudinem. Fallentibus oculis Possinius ac si esset προλήψεως, et persuasionem ; itemque Allatius, *anteceptam animo informationem*, cum ambo ediderint, quod loci ratio postulat, προσλήψεως. Fesellit τὸ πίστεως, quasi ea voce Methodius fidei assensum, non ipsos magis fideles significet, ea baptismi intinctione, quasi parturiente Ecclesia,

A φαλὴν κεκοσμημένην. "Ο γάρ ἡμῖν ἐσθῆς, τοῦτο ἔκεινη φῶς· δὲ ἡμῖν χρυσὸς ή διαφανεῖς λίθοι, τοῦτο ἔκεινη τὰ ἀστρα· ἀστρα δὲ, οὐχ ὅποια ταῦτα τὰ ἐν τῷ ὁρατῷ κείμενα τόπῳ, ἀλλά τινα κρίττω καὶ εὐφεγγέστερα· ὥστε εἰκόνας ἔκεινων μᾶλλον νομίζεσθαι ταῦτα καὶ ἀπεικόσματα.

B Βεβηκέναι τε ἐπὶ σελήνην, ὡς ἡγοῦμαι, τροπικῶς τὴν πίστιν τῶν ἀποκαθαιρομένων τὴν φθορὰν τῷ λουτρῷ λέγων. διὰ τὸ προσεοικέναι τὸ φῶς αὐτῆς μᾶλλον ὕδατι χλιαρῷ, καὶ πᾶσαν ἐξ αὐτῆς ἡρτῆσθαι τὴν ύγρὰν οὐσίαν. Ἐφέστηκεν οὖν ἐπὶ τῆς πίστεως καὶ προσλήψεως ἡμῶν (17) ἡ Ἐκκλησία, κατὰ τὴν τῆς σελήνης σύνοψιν, μέχριπερ ἀν εἰσέλθῃ τὸ πλήρωμα τῶν ἔθνων, ὡδίνουσα καὶ ἀναγεννῶσα τοὺς ψυχικοὺς εἰς πνευματικούς· καθ' ὃν λόγον καὶ μήτηρ ἐστίν. "Ωσπερ γάρ σπορὰν ἀνδρὸς ἀμέρφωτον ὑποδεξαμένη γυνὴ, περιόδοις χρόνων ἀνθρώπον δλόχλητρον ἀποκύει· ταύτη δὴ καὶ τοὺς προσφεύγοντας τῷ Λόγῳ, φήσειν ἄν τις, συλλαβοῦσαν ἀεὶ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν καθ' ὅμοιώσιν ιδέαν αὐτούς καὶ μόρφωσιν μορφοῦσαν τοῦ Χριστοῦ, περιόδοις χρόνων πολίτας μακαρίων ἔκεινων αἰώνων ἐργάζεσθαι. "Οθεν ἐξ ἀνάγκης αὐτὴν ἐφεστάναι δεῖ τῷ λουτρῷ, τοὺς λουομένους γεννῶσαν. Τούτῳ γάρ σελήνη κέχληται τῷ τρόπῳ ἡ περὶ τὸ λουτρὸν αὐτῆς ἐνέργεια· ἐπειδὴ νέον σέλας ἀνανεασθέντες οἱ ἀναγεννώμενοι λάμπουσιν, ὃ ἐστι νέον φῶς· * οθεν καὶ νεοφύτοις καλοῦνται, παραφραστικῶς τὴν πνευματικὴν πανσέληνον αὐτοῖς τὴν περίοδον τοῦ πάθους καὶ τὴν ἀνάμνησιν, νέαν ἀεὶ παραφαινούστες, ἔστι ἄν τη αὔγῃ καὶ τὸ φῶς τὸ τέλειον ἀνατείλῃ τῆς μεγάλης ἡμέρας.

CAP. VIII. Multiplicatio fidei in lavacro.

D 'Ἐὰν δέ τις (οὐδὲν γάρ χαλεπὸν ἔτι διαρρήδην εἶπεν) ἀγανακτήσας φράσῃ πρὸς τὰ εἰρημένα, Καὶ πῶς ὑμῖν ἡ ἐξήγησις, ὡς παρθένοι, γίνεται κατὰ νοῦν τῆς Γραφῆς, ὅπότε ἡ μὲν Ἀποκάλυψις ἀρσενεῖ τὴν Ἐκκλησίαν διορίζεται γεννᾷν, ὑμεῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἀπολουομένων παρειλήφατε τὰς τελεσφόρους ὡδίνας αὐτῆς πληροῦσθαι λουομένας; λέξομεν· 'Αλλ', ὡς φιλαΐτις, ἀλλ' οὐδέ τοι πάρεστιν ἐπιδεῖξαι τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι τὸν γεννώμενον. Πάλαις γάρ πρὸ

Christo renascentes : quam proinde ministros et hierarchiam perficiente intelligat, seu sacerdotalem ordinem, in apostolis cœptum inque eorum successoribus in finem usque mundi duraturum. Lunæ ista metaphora et etymum longius arcessita videntur : planiora quæ habet Dionysius, *De eccl. hierar.*, cap. 5, aliique, exponens quod ita baptismus *lumen* vocatur, ejusque ritus *illuminationis*, et qui illo intinguntur, *recens illuminati*, Graece νεοφύτοις, quod est sacramentum fidei primaque illuminationis, et qua ad reliquas idonei reddimur ; in cuius ipsius rei symbolum super baptizandis lampas accenditur, sive etiam gestanda illis traditur. Sed hæc alterius otii atque operæ. COMBEFIS.

τῆς Ἀποκαλύψεως ἐπεπλήρωτο μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου. Ὁ δὲ Ἰωάννης, περὶ παρόντων καὶ μελλόντων θεσμῶδες. Ὁ δὲ Χριστὸς, πάλαι κυηθεὶς, οὐχ ἡρπάσθη, ὅπότε ἐτέχθη, πρὸς τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ, φόβῳ τοῦ μὴ λυμήνασθαι αὐτὸν τὸν δφιν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐγεννήθη, καὶ κατῆλθεν αὐτὸς ἀπὸ τῶν θρόνων τοῦ Πατρὸς, ἵνα τὸν δράκοντα χειρώσηται, μείνας ἐπιτρέχοντα τῇ σαρκὶ. "Ωστε ἀνάγκη δμολογεῖν δὴ καὶ σὲ, τὴν Ἐκκλησίαν εἶναι τὴν ὥδινουσαν καὶ γεννῶσαν τὸν ἀπολουτρουμένους (18)· ὡς που καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ τὸ Πνεῦμα φησι· Πρὶν τὴν ὥδιτουσαν τεκεῖν καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῷν ὥδιτων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. Τις ἦκουσε τοιοῦτο; καὶ τις ἐώρακεν οὕτως; Εἰ ὥδιτερη ἡ γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ εἰ ἐγέννησεν ἔθρος εἰσάπαξ, διτιώδινησε Σιών, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν; Τίνα ἐξέφυγεν; ἢ (al. ἢ) πάντως τὸν δράκοντα, ἵνα γεννήσῃ τὸν λαὸν ἡ νοητὴ Σιών, τὸν ἄρσεν, τὸν τῶν γυναικῶν παθῶν καὶ τῆς ἐκλύσεως εἰς τὴν ἐνότητα τοῦ Κυρίου καταντήσαντα καὶ ἀπαρσενωθέντα τῇ σπουδῇ· qui nimirum ex muliebribus vitiis vitaque solutiore ad Domini unitatem necessitudinemque evaserit, ac virtutis concertante studio masculi robore promoverit.

CAP. VIII. *Fideles in baptismo mares, Christo configurati. Sancti, ipsi Christi.*

Λέγωμεν οὖν πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἐπαναποδισασαι, μέχριπερ ἀν καθεξῆς πρὸς τὸ τέλος ἐλθωμένην, ἐξηγούμεναι τὰ εἰρημένα. Σκόπει οὖν ἑάν πως καὶ σὸν δοκῆ πρὸς εὔδοξίαν ὁ λόγος πληροῦσθαι. Ἐγὼ γάρ τὸν ἄρσενα ταύτῃ γεννᾶν εἰρήσθαι νομίζω τὴν Ἐκκλησίαν· ἐπειδὴ τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὴν ἐκτύπωσιν καὶ τὴν ἀρρενωπίαν τοῦ Χριστοῦ προσλαμβάνουσιν οἱ φωτιζόμενοι, τῆς καθ' ὅμοίωσιν μορφῆς ἐν αὐτοῖς ἐκτυπουμένης τοῦ Λόγου, καὶ ἐν αὐτοῖς γεννωμένης κατὰ τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν καὶ πίστιν· Ὅστε ἐν ἐκάστῳ γεννᾶσθαι τὸν Χριστὸν νοητῶς. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία σπαργάσσει καὶ ὥδινει, μέχριπερ δὲν ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν μορφωθῆ γεννηθεὶς, ὅπως ἔκαστος τῶν ἀγίων, τῷ μετέχειν Χριστοῦ, Χριστὸς γεννηθῆ. Καθ' ὃν λόγον καὶ ἐν τίνι Γραφῇ φέρεται· Μή ἄγησθε τῷ χριστῷ μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ ποιηρεύησθε. Οἰονεὶ χριστῶν γεγονότων τῶν κατὰ μετουσίαν τοῦ Πνεύματος εἰς Χριστὸν βεβαπτισμένων· συμβαλλούσης ἐνταῦθα τὴν ἐν τῷ Λόγῳ τράνωσιν (19) αὐτῶν καὶ μεταμόρφωσιν τῆς Ἐκκλησίας. Βεβαιοῖ δὲ καὶ ταῦτα Παῦλος, φανερῶς διδάσκων, ἔνθα φησι· Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Θεόν καὶ Πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ἵνα δῷ ὑμῖν, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χρηστότητος

A Scripturæ verbis partus referatur. Dudum siquidem ante Apocalypsim impletum est Incarnationis Verbi mysterium. Porro Joannes de iis loquitur quæ vel tunc fierent vel quæ olim eventura essent. Præterea Christus, dudum conceptus, postquam deinde natus est, non est raptus ad thronum Dei, metu ne quid illi noxæ serpentis dolo inferretur: quin potius in hoc ipsum natus est, et e Patris ipse throno descendit, ut draconis in carnem suscepto insultu ac tolerato, draconis potiretur. Quare te quoque fateri necesse est, Ecclesiam esse quæ parturit ac parit eos qui ex lavacro suscipiuntur, uti etiam apud Isaiam Spiritus quodam loco dicit²²: *Priusquam parturiret, peperit; et antequam venirent dolores partus, effugit, et peperit masculum.* *Quis audivit unquam tale? aut quis vidit huic simile?* Nunquid parturiit terra in die una? ac si gentem simul pepererit, quia parturiit Sion, et peperit masculum? Quem effugit? non sane alium quam draconem, ut populum masculum pareret spiritualis Sion; ut Dominii unitatem necessitudinemque evaserit, ac virtutis concertante studio masculi robore promoverit.

B

Dicamus ergo hæc rursus eadem, et ab initio resumentes, continua serie ad finem usque distinctius deducamus. Attende igitur, annon sic tibi ad rectam et probabilem sententiam locus hic exponi videatur. Ego enim hac de causa dictum existimogigni marem ab Ecclesia, quod nempe ii qui illuminantur, Christi lineamenta effigiemque ac virilem

C vere animum aspectumque assumunt, Verbi forma, quæ secundum similitudinem est, illis impressa, et per certam scientiam fidemque in eis progenita, ita ut in unoquoque spiritualiter nascatur Christus. Ac propterea Ecclesia velut servet turgetque ac parturit²³, donec formetur in nobis genitus Christus: quo nimirum quisque sanctorum, qua ratione Christi particeps est, Christus nascatur. Juxta quem sensum in quadam Scriptura dicitur²⁴: *No-lite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.* Tanquam christi evaserint, Spiritus indulto commercio, qui in Christum baptizati sunt; suas hic Ecclesia conferente partes ad eorum in Verbo clara imagine effigiem et transformationem. Confirmat autem et hæc Paulus, palam docens²⁵:

D *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Deum Patrem, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur: ut det vobis secundum divitias bonitatis suæ vir-*

²² Isa. LXVI, 7, 8. ²³ Gal. IV, 19. ²⁴ Psal. CIV, 15. ²⁵ Ephes. III, 14-17.

(18) *Ἀπολουτρουμένους.* Allatius, ἀπολυτρ. Com-BEFS.

(19) *Tὴν ἐν τῷ Λόγῳ τράνωσιν.* Leo Allat. videtur legisse τελείωσιν, cum perfectionem reddit, etsi repræsentat et ipse τράνωσιν, nec variæ ullius lectionis meminit, uti nec Lupar. Methodii editor. Placeret illud τελείωσιν, si codices suffragarentur, et nisi brevi post eadem voce eodem fere sensu atque hic uteretur, τὴν ἐκτύπωσιν καὶ τὴν ἐκτράνωσιν τοῦ Λόγου, expressionem et manifestationem Verbi, ubi Allatius imaginem reddit, Possinius for-

mat. Sic ergo hic, ἡ ἐν Λόγῳ τράνωσις καὶ μεταμόρφωσις, Verbi imitatio, qua ejus clare characteres reddimus, formaque illius imbuimur. Possinius transitum in Verbum reddit; viderit ipse quam recte. Vox τρανός et τρανωτικός ac τρανόν in theologia Gregorio aliisque familiaris: utque γλώσσα τρανός, lingua diserta, quæ mentis sensa clare reddit, sic in imagine et expressione ductaque forma, τὸ τρανόν et τράνωσις, semel et iterum usurpatum Methodio, quasi clara expressio lucidaque repræsentatio. Id.

tute corroborari per Spiritum ipsius in interiore hominem; habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Etenim necesse est, in regeneratorum animis, veluti sigilli ritu, Verbum veritatis exprimi et efformari.

CAP. IX. *Filius Dei, qui ipse semper sit, hodie gignitur in animis sensuque fidelium.*

Videtur autem vel maxime congruere cum dictis eique affine esse, quod ex persona Patris Christo venienti ad Jordanem ut aqua lustraretur, e cœlo oraculum defertur, *Filius meus es tu : Ego hodie genui te*²⁰. Observandum enim est, Filium quidem suum esse indefinite pronuntiasse, et sine ulla temporis determinatione : *es enim*, ait, *non autem fuisti, aut factus es; significans, nec cum recens esset, in adoptionem eum Filii venisse : neque rursus cum ante exstitisset, postmodum finem acceptipisse : sed qui ante genitus sit, eundem et fore et esse. Quod vero addit, Ego hodie genui te, hoc sibi vult : Qui ante sæcula illisque antiquior in cœlis eras, volui et mundo gignere : hoc est, qui ante ignotus eras, in hominum cognitionem adducere teque illis manifestare. Denique quibus hominibus needum sensus illatus est multiformis sapientia Dei, iis needum Christus natus est, nondum scilicet cognitus est, nondum manifestatus, nondum apparuit. Si vero senserint et ipsi mysterium gratiae, tunc et illis, cum fuerint conversi fidemque suscep-rint, qua scientia ac intelligentia donantur, nasci-tur. Quare hinc convenienter Ecclesia, in illis qui C lustrantur (*qui scilicet baptismō tinguntur*) Verbum masculum semper formare ac gignere dicitur. Et quidem hactenus de illius partu pro facultate dicatum sit. Deinceps de dracone, deque aliis in illa Scriptura memoratis, sudes liberanda est. Quare iterum conemur ea, o virgines, quovis modo exponere, nihil ænigmatum magnitudine aut obscuritate deterritæ. Quod si quid perplexum aut difficile inciderit, ego rursum vobis quasi pontem sternal, aut portitoris quasi officio trans amnum vebam.*

CAP. X. *Draco, diabolus. Stellæ, draconis cauda cœlo excussæ, hæretici. Trinitatis numeri, id est personæ numeratæ : circa eas, errores.*

Draco ille, magnus, rufus, versutus, multisidus, septiceps, corniger, tertiam trahens stellarum pariem, in insidiis latitans ut mulieris parturientis si-

²⁰ Psal. II, 47.

Πεδεῖστις καὶ βραχὺ συνετός διμολογήσει τὸν Θεόν Α ἀγαθὸν, δίκαιον, σοφὸν, ἀληθῆ, ὡφέλιμον, ἀναίτιον κακῶν, ἀσύμπλοκον πάθους, καὶ πᾶν εἴ τι (32) τοιοῦτον. Καὶ εἰ οἱ δίκαιοι χρείστους εἰσὶ τῶν ἀδίκων, καὶ ξεστιν αὐτοῖς ἡ ἀδίκια βδελυκτή· χαίρει δὲ ὁ Θεός τῇ δίκαιοσύνῃ δίκαιος ὅν, στυγητὴ αὐτῷ ἡ ἀδίκια, ἐναντίον οὖσα καὶ ἔχθρὸν τῇ δίκαιοσύνῃ· οὐκ ἄρα ἀδίκιας αἴτιος ὁ Θεός.

Εἰ τὸ ὡφελοῦν πάντως ξεστὶν ἀγαθόν· ὡφέλιμον δὲ σωφροσύνη καὶ οἶκω, καὶ βίω καὶ φίλοις· ἀγαθὸν ἄρα ξεστὶν ἡ σωφροσύνη. Καὶ εἰ ἡ σωφροσύνη φύσει ἀγαθὸν, ἀκολασία δὲ ἐναντίον σωφροσύνη· τὸ δὲ ἐναντίον τῷ ἀγαθῷ κακόν· κακὸν ἄρα ἡ ἀκολασία. Καὶ εἰ ἡ ἀκολασία φύσει κακὸν, κατὰ ἀκολασίαν δὲ μοιχεῖται γίνονται καὶ κλοπαὶ καὶ ὀργαὶ καὶ φόνοι· φύσει ἄρα κακόν ξεστιν ὁ ἀκόλαστος βίος. Τὸ δὲ Θεῖον κακῶν ἀσύμπλοκον πέφυκεν. Οὐκ ἄρα γένεσις

Εἰ οἱ σώφρονες βελτίους εἰσὶ τῶν ἀκρατῶν, καὶ ξεστιν αὐτοῖς ἡ ἀκρασία βδελυκτή· χαίρει δὲ ὁ Θεός τῇ σωφροσύνῃ, παθῶν ἀνεγνόητος ὅν· στυγητὴ ἄρα καὶ τῷ Θεῷ ἡ ἀκρασία. "Οτι δὲ ἡ κατὰ σωφροσύνην πρᾶξις, ἀρετὴ οὖσα, χρείτων ξεστὶ τῆς κατὰ ἀκρασίαν, κακίας οὖσης, μαθεῖν ξεστιν ἀπὸ βασιλέων, ἀπὸ ἀρχόντων, ἀπὸ στρατηγῶν, ἀπὸ γυναικῶν, ἀπὸ τέκνων, ἀπὸ πολιτῶν, ἀπὸ δεσποτῶν, ἀπὸ οἰκετῶν, ἀπὸ παιδαργῶν, ἀπὸ διδασκάλων· ἔκαστος γὰρ τούτων καὶ ἔαυτῷ καὶ τῷ κοινῷ ὡφέλιμος γίνεται σωφρονῶν· ἀκολασταίνων δὲ, καὶ ἔαυτῷ καὶ τῷ κοινῷ βλαβερός. Καὶ εἰ ξεστι διαφορά τις κιναιδῶν καὶ ἀνδρείων, ἀκολάστων καὶ σωφρόνων· καὶ ξεστι χρείστων ἡ τῶν ἀνδρείων καὶ σωφρόνων, χείρων δὲ ἡ τῶν ἐναντίων· οἱ δὲ τῆς χρείστους ἐγγύς εἰσι καὶ φίλοι Θεοῦ, καὶ οἱ τῆς χειρονος μαχράν καὶ ἔχθροι· οἱ λέγοντες γένεσιν τὸ αὐτὸν τὴν ἀδίκιαν εἶναι καὶ τὴν δίκαιοσύνην, οὐ διορίζονται κιναιδίαν καὶ ἀνδρείαν, ἀκρασίαν καὶ σωφροσύνην, ὅπερ ἀδύνατον. Εἰ γὰρ τῷ κακῷ τὰ γαθόν ἐναντίον, τὸ δὲ δίκαιον, ἀγαθόν· τὸ δὲ ἀγαθὸν ἔχθρον τοῦ κακοῦ· ἀνόμοιον δὲ τὸ κακόν τῷ ἀγαθῷ· ἔτερον ἄρα τὸ δίκαιον τοῦ ἀδίκου. Οὐκ ἄρα αἴτιος κακῶν ὁ Θεός, οὐδὲ χαίρει τοῖς κακοῖς. Οὐ συνίστησιν αὐτοὺς δ Λόγος, ἀγαθὸς ὅν. Εἴ εἰσι δὲ πονηροὶ τινες, κατὰ ἐνδειαν φρενῶν εἰσιν οὗτοι πονηροί, καὶ οὐ κατὰ γένεσιν.

justo. Non igitur auctor malorum Deus, nec malis delectatur. Quod si quidam mali sunt, mentis inopia mali sunt.

Σφῆσιν ἀτασθαλίησιν ὑπέρμορον ἄλγε' ἔχορτες (33).

Εἰ δὲ ἀνελεῖν τινα, καὶ φόνῳ τὰς χεῖρας αιμάξαι γένεσις ἐργάζεται· τοῦτο δὲ νόμος κωλύει, κολάζων τοὺς ἀλάστορας, καὶ δι' ἀπειλῆς ἀπειργῶν τὰ τῆς γενέσεως δόγματα· οἷον τὸ ἀδικῆσαι, μοιχεύσασθαι, κλέψαι, φαρμακεῦσαι· ἐναντίον ἄρα δὲ νόμος γενέσει. "Οσα μὲν γὰρ γένεσις ὥρισε, ταῦτα νόμος κωλύει·

(32) *Ei τι.* Ita codex Mazar. et Allatius. Possinius vero, ex ms. Vat., ὁ τι. COMBEFIS.

PATROL. GR. XVIII.

Quisquis vel minima boni sensus particula aspersus est, fatebitur statim Numen divinum bonum esse, justum, sapiens, verax, rerum utilitatibus consuls, haudquaquam malorum auctorem, nullis implicatum vitiosis affectibus, ac si quid ejus generis est. Jam si et justi meliores injustis sunt, eisque execrationi injustitia habetur; Deusque, quippe qui justus sit, gaudet justitia; plane injustitiam exosam habet, quae justitiæ adersetur, sitque illi inimica: non est igitur Deus auctor injustitiae.

Si quod utilitatem præstat, utique bonum est: præstat autem castitas et domui et mundo et amicis: bona utique est castitas. Quod si natura bona est castitas, castitati vero luxuria contraria est, id autem est malum, quod bono contrarium est, sequitur malam esse luxuriam. Quod si luxuria natura mala est; per eam autem sunt adulteria, furtū, jurgia, cædes: natura ergo malum est vita luxuriosa et intemperans. Divinum autem Numen malis implicatum non est. Explodatur ergo fatalis necessitas.

Si casti meliores sunt luxuriosis, illisque abominabilis est luxuria, gaudetque Deus castitate, in quem nulla cadat libidinosa ac vitio haerens cogitatio, exosa utique etiam Deo incontinentia est. Porro actionem quæ ex ratione castitatis fit (quæ certe virtus est) potiorem esse illa quæ ex incontinentia est et ad vitium pertinet: intelligere licet ex regibus, ex politicis et militaribus magistratibus, ex mulieribus, ex liberis, ex civibus, ex heris, ex famulis, ex pædagogis, ex magistris: unusquisque enim horum tam sibi quam publico utilis est, si castus sit; sin luxuriosus, tam sibi quam publico noxius. Et si est discrimin quoddam inter cinædos virosque fortes, interque impudicos et castos, est que melior fortium atque castorum natio, deterior vero eorum qui adversantur: siquidem etiam qui partis melioris sunt, Deo vicini eique amici sunt; qui vero ad sequiorem pertinent, longe a Deo distant, et sunt inimici: qui dicunt natali fatalitate perinde injustitiam atque justitiam afflari, non distinguunt cinædorum mollitem a fortitudine, et luxuriam a castitate: quæ ut in unum cogantur, fieri non potest. Si enim bonum malo contrarium est, injustum autem malum est: et hoc, justo contrarium: porro quod justum, idem bonum: bonum autem inimicum malo: dissimile vero malum bono: aliud omnino erit longeque diversum justum ab iniquitate. Neque ratio illos commendat, quæ bona sunt, non natali ulla fatalitate.

Nequitis sibi damna suis mortemque creantes.

Si hominem interficeret et eæde manus cruentare, natalis fatalitas adigit; idem autem lex vetat, sicariis supplicia decernens, minisque gravibus deterrens ab iis quæ natalis fatalitas injungit; puta ab injuria inferenda, ab adulterio, a furtō, a veneficiis: contraria ergo natalis fatalitas et lex.

(33) *Σφῆσιν.* θεος. A, 7.

Quæcumque enim natalis fatalitas statuit, lex prohibet; quæcumque vero lex prohibet, natalis fatalitas facere adigit: adversaria ergo natali fatalitati lex. Si autem illi adversaria, non igitur per natalem fatalitatem legumlatores agunt, quippe qui contraria natali fatalitati sanciendo, eamdem destruunt. Aut igitur natalis admittitur fatalitas, nullaque legum erat necessitas: aut leges sunt, nec ex natali illa fatalitate, et quasi illa auctore sunt. Atqui fieri non potest ut absque illa quis nascatur aut aliquid operetur. Nam ne digitum quidem sine fato posse aliquem mouere aiunt. Ex natali itaque fatalitate illaque auctore nati legumlatores, Minos, Draco, Lycurgus, Solon, Zaleucus, leges sauxerunt prohibentes adulteria, cædes, injurias, rapiñas, surta; haud dubie arbitrati, neque esse, neque fieri talia per natalem fatalitatem. Sin autem hæc quoque per natalem fatalitatem, non sunt leges per natalem fatalitatem: neque enim ipsa se ipsam natalis fatalitas destrueret, ipsa sibi auctoritatem detrahens, ac secum ipsa pugnans: hinc quidem leges statuens, adulteria cædesque prohibentes, et ulciscens malisque mulctans talium criminum reos: aliunde autem ad cædes atque adulteria homines adigens; quod fieri nullo modo potest. Nihil enim a se ipso alienum atque abhorrens, ipsumque sibi ipsi adversum ac se destruens, sibique dissentaneum. Nulla est igitur natalis fatalitas.

Si per natalem fatalitatem sit quidquid tandem est, nec sine illa quidquam prorsus exsistit, necesse est et legem illa auctore esse. Atqui lex eam tollit, quæ addisci virtutem ac suaderi posse doceat, diligentiaque ac attentione eam comparari; vitari quoque posse vitium, et ex indisciplinata mente proficisci; nulla ergo est natalis fatalitas.

Si ut alii alios injuria afficiamus, ac vicissim afficiamur, præstat natalis fatalitas, quid legibus opus? Sin autem eo leges spectant ut delinquentibus poena imponatur, Deo illis providente qui injuria lœduntur: sane præstabat fatali necessitate malos non fieri, quam ubi facti sunt, legibus emendari. Atqui Deus bonus est et sapiens, idque faciens quod præstabilius sit; nulla ergo est natalis fatalitas.

Aut educationis genus contractaque mores, seu imbuta indoles, causæ sunt peccatorum; aut animi perturbationes, et quæ per corpus desideria exercentur, seu cupiditates. Quidquid autem horum D causa sit, certe Deus auctor ac causa minime sit.

Si melius est justum esse quam injustum, quidni talis ab ipso protinus ortu exque genesi homo creatur? Sin autem postea, ut ad meliorem evadat frugem, disciplinis cogitur atque legibus: plane ut arbitrii facultate prædictus iis cogitur et castigatur, non velut qui malus a natura sit.

Si mali, natali fatalitate, ineluctabili providentia decreto mali nascuntur, omni culpa vacant, nec digni sunt qui legum pœnis coercentur; quippe qui vivant ut illis a natura comparatum est; nam nec se ipsos mutare potuerunt.

Rursus, si boni, eo quod iuxta naturam suam vitæ rationes instituunt, laude digni sunt, cum na-

A òστα δὲ νόμος κωλύει, ταῦτα γένεσις ποιεῖν βιάζεται· πολέμιον ἄρα γενέσεις νόμος. Εἰ δὲ πολέμιον, οὐκ ἄρα κατὰ γένεσιν οἱ νομοθέται· τὰ γὰρ ἐναντία δογματιζοντες γενέσεις, γένεσιν λέουσιν. Ἡτοι οὖν γένεσις ἔστι, καὶ οὐκ ἔχρην εἶναι νόμους· ἢ εἰσὶ νόμοι, καὶ οὐκ εἰσὶ κατὰ γένεσιν. Ἀλλ' ἀμήχανον χωρὶς γενέσεως φύνει τινα, καὶ διαπράξασθαι τι· οὐδὲ γὰρ τὸν δάκτυλον ἔξειναι φασι χωρὶς Εἰμαρμένης κινῆσαι τινι. Κατὰ γένεσιν ἄρα καὶ Μίνως καὶ Δράχων καὶ Αυκοῦργος καὶ Σόλων καὶ Ζάλευκος νομοθέται φύντες, διετάξαντο τοὺς νόμους, ἀπαγορεύοντες μοιχείας, φόνους, βίας, ἀρπαγῆς, κλοπᾶς, ὡς οὐκ ὅντων τούτων καὶ γινομένων κατὰ γένεσιν. Εἰ δὲ κατὰ γένεσιν καὶ ταῦτα, οὐ κατὰ γένεσιν οἱ νόμοι. Οὐ γὰρ ἀν αὐτῇ ἀφ' ἑαυτῆς ἀνηρεῖτο γένεσις, αὐτῇ ἑαυτὴν ἀκυροῦσα, καὶ αὐτῇ ἑαυτῇ μαχομένη· καὶ ἐνταῦθα μὲν ἀπαγορευτικοὺς μοιχείας καὶ φόνων νόμους τιθεμένη, καὶ τιμωρουμένη καὶ ἐπεξερχομένη τοὺς κακούς· ἐνταῦθα δὲ φόνους καὶ μοιχείας ἐργαζομένη. Ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον. Οὐδὲν γὰρ ἀλλόχοτον αὐτὸν ἑαυτοῦ, καὶ αὐτὸν ἑαυτῷ ἀπεγχθανόμενον, καὶ αὐτὸν ἑαυτὸν καταλύσον, καὶ ἀσύμφωνον αὐτὸν ἑαυτῷ. Οὐκ ἄρα γένεσις. C aliunde autem ad cædes atque adulteria homines adigens; quod fieri nullo modo potest. Nihil enim a se ipso alienum atque abhorrens, ipsumque sibi ipsi adversum ac se destruens, sibique dissentaneum. Nulla est igitur natalis fatalitas.

Eἰ κατὰ γένεσιν πᾶν ὁ τι ποτοῦν γίνεται, καὶ ἔστι δίχα γενέσεως οὐδέν· ἀνάγκη, καὶ τὸν νόμον γενέσει γεγονέναι. Ἀλλὰ νόμος γένεσιν ἀγαπεῖ, διδακτὴν διδάσκων τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐξ ἐπιμελείας προσγινομένην· φευκτὴν δὲ τὴν κακίαν, καὶ ἐξ ἀπαιδευσίας φυομένην. Οὐκ ἄρα γένεσις.

Eἰ τὸ ἀλλήλους ἀδικεῖν καὶ τὸ ὑπ' ἀλλήλων ἀδικεῖσθαι γένεσις ποιεῖ, τις χρεῖα νόμων; Εἰ δὲ ἵνα τοὺς ἀμαρτάνοντας ἀμύνωνται, φροντίζοντος τοῦ Θεοῦ τῶν ἀδικουμένων· ἀμείνον ἦν κακοὺς μὴ ποιῆσαι καθ' εἰμαρμένην, Τῇ μετὰ τὸ ποιῆσαι, νόμοις ἐπανηρθοῦσθαι. Ἀλλ' ἀγαθὸς ὁ Θεὸς καὶ σοφὸς, καὶ τὰ κοινωνία ποιῶν. Οὐκ ἄρα γένεσις.

Ἔτοι ἀνατροφαὶ καὶ τὰ ἔθη τῶν ἀμαρτημάτων εἰσὶν αἴτια, ἢ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, καὶ αἱ διὰ σώματος ἐπιθυμίαι. Ὁπότερον δ' ἀν τούτων ἥ τὸ αἴτιον, οἵ δὲ ἥ αἴτιον, Θεὸς ἀναίτιος.

Eἰ χρεῖσθων ἔστι τὸ δίκαιον εἶναι τοῦ ἀδίκου, διὰ τι τοιοῦτος αὐτόθεν ὁ ἀνθρωπὸς ἀπὸ τῆς γενέσεως οὐ γίνεται; Εἰ δὲ ὑστερον, δπως ἀμείνων γενηθῆ, σωφρονίζεται μαθήμασι καὶ νόμοις· ὡς αὔτεξούσιος ἄρα σωφρονίζεται, καὶ οὐκ ἐκ φύσεως ὃν κακός.

Eἰ οἱ πονηροὶ πονηροὶ κατὰ γένεσιν φύσει Προνοίας ταγαῖς, οὐκ εἰσὶ μεμπτοὶ καὶ ἀξιοὶ τιμωρίας τῆς ἐκ τῶν νόμων, ζῶντες κατ' αὐτὴν τὴν οἰκείαν φύσιν· ἐπεὶ μὴ δεδύνηται μεταβληθῆναι.

Kαὶ ἄλλως· εἰ οἱ ἀγαθοὶ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ζῶντες εἰσὶν ἐπαινεστοί, τῆς γενέσεως οὖσης αἴτιας

τοῦ εἶναι τοὺς ἀγαθούς· οὐδὲ οἱ πονηροὶ ἄρα, κατὰ τὴν οἰκεῖαν φύσιν ζῶντες, αἰτιατέοι πάρε δικαίω χριτῆ. Καὶ εἰ χρή διαρρήδην εἴπειν, ὁ κατὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ φύσιν ζῶν οὐδὲν ἀμαρτάνει. Οὐ γάρ ξεντὸν ἐποίησε τοιοῦτον, ἀλλ' ἡ εἰμαρμένη· καὶ ζῆ κατὰ τὴν ταύτης κίνησιν, ἀγόμενος ἀφύκτοις ἀνάγκαις. Οὐδεὶς οὖν κακός. Ἀλλ' εἰσὶ κακοί· καὶ τῇ μὲν κακίᾳ φεκτή, καὶ ἐχθρὰ τῷ Θεῷ, ὡς συνέστησεν ὁ λόγος· τῇ δὲ ἀρετῇ προσφιλής καὶ ἐπαινετή, Θεοῦ διατάξαντος νόμον τιμωρὸν κακῶν. Οὐκ ἄρα εἰμαρμένη.

CAP. XVII. *Concupiscentia carnis et spiritus : vitium et virtus.*

Καὶ τί τοιοῦτον ἐπιδιατρίβουσα τοῖς ἑλέγγοις, εἰς μῆκος ἔξαγω τὸν λόγον, τὰ ἀναγκαιότερα πρὸς πειθὼ καὶ συγκατάθεσιν τοῦ συμφέροντος ἐκθεμένη; καὶ πρόδηλον πᾶσι, καὶ ἐξ ὀλίγων, τὴν διαφωνίαν τοῦ τεχνήματος αὐτῶν ἔξεργασαμένη, ὥστε διορāψαν ἔξειναι καὶ ἐπαισθάνεσθαι τὴν πλάνην ἥδη καὶ παιδιώ, ὡς ἐφ' ἡμῖν ἔστι τὸ διαπράξασθαι τὸ καλὸν, τὸ δὲ κακὸν, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἀστράσι. Δύο γάρ κινήσεε ἐν ἡμῖν ἔστον, ἐπιθυμία πεφυκότε (34) σαρκὸς καὶ ψυχῆς, διαφέρετον ἀλλήλοιν· δῆθεν καὶ δύο λαβέτην δύνματε· τῇ μὲν γάρ ἀρετῆς, τῇ δὲ κακίας. Δεῖν δὲ τῇ καλλίστῃ καὶ χρηστῇ καὶ πείθεσθαι τῆς ἀρετῆς ἀγωγῆ, τὰ βέλτιστα πρὸ τῶν φαύλων αἰρουμένους. Ἀλλὰ περὶ τούτων ἄλις ἥδη, καὶ ἐφέξω τὸν λόγον. Αἰδοῦμαι γάρ μετὰ τοὺς τῆς ἀγνείας λόγους, καὶ ἐγκαλύπτομαι, τὰς τῶν μετεωρολόγων τὴν ματαιοσκόπων ἀνθρώπων ἀναγκαζομένη δόξας ἔξηγήσασθαι, οἱ τὸν τῆς ζωῆς μετ' οἰήσεως ἀναλίσκουσι χρόνον, οὐδεὶν τῇ μυθικοῖς ἐνδιατρίβοντες πλάσματα. Ταῦτα τοι καὶ τῶν ἡμῶν, ὡς δέσποινα Ἀρετὴ, ἀπὸ θεοῦ δέρητων συγκαθυφασμένα λόγων, προσκομιζέσθω τὰ δῶρα.

fitentium, opiniones referre necesse habuerim; qui regam, inani fastu ac jactantia, vitæ tempus insumunt. Atque hæc tibi a nobis, o domina Arete, ex divinis contexta sermonibus, en tibi sistantur dona.

ΕΥΒΟΥΛ. Ὡς λίαν ἀγωνιστικῶς τῇ Θέκλᾳ καὶ ἐνδόξως, ὦ Γρηγόριον;

ΓΡΗΓΟΡ. Τί οὖν, τῇ αὐτῇ ἐκείνῃς ἀκηκόεις, δύδην καὶ εὐτρόχῳ τῇ γλώττῃ μετὰ πολλῆς χάριτος καὶ ἥδουντῆς διαλεγομένης; ὥστε ἀγασθῆναι τινὰ προσέχοντα, καὶ τῆς μορφῆς ἐπανθούσης τοῖς λόγοις, ὡς ἐνδιαθέτως καὶ τῷ ἔντι φανταζομένως περὶ ὅν ἀφηγεῖτο διετέλει, ὑπερυθραινομένης αὐτῇ αἰδοῖ τῆς ὕψεως· ὅλη γάρ εἶναι πέφυκε λευκὴ καὶ σῶμα καὶ ψυχήν.

ΕΥΒΟΥΛ. Ὅρθως, ὦ Γρηγόριον, ταῦτα φῆς, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ψεῦδος. Ἔγνων γάρ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνδραγαθημάτων μῆτιν αὐτῆς, καὶ λέγειν ὅσα καὶ

⁶⁴ Gal. v, 17.

(34) *Πεφυκότε.* Sic aliquando ex conjectura corrigebamus πεφυκότε; ut genere congrueret cum duali præcedente ἐπιθυμίᾳ. Sed post, Mazarino codice et ipso πεφυκότε præferente, animadvertisimus ejusmodi σολοικοφανῆ antiquis non displicere. Ita Photius primo *Bibliothecæ* suæ codice scribit αὐξη-

A talis fatalitas illis auctor sit ut boni sint: plane ne mali quidem, qui ipsi quoque sic vivant ut earum natura atque indoles poscit, culpandi erunt a justo judice. Etenim, si clare loquendum est, qui ita vivit ut illi ex natura inditum est, nihil ipse delinquit. Non enim ipse se ipsum, sed fatum talem fecit: exque illius motus compulsione vivit, ineluctabili necessitate tractus. Nemo igitur est malus. Atqui mali sunt. Et malitia quidem vituperium habet, ac Deo inimica est, ut superius evici: virtus vero amabilis et laude digna, cum Deus legem ulciscendis malis constituerit. Non igitur est fatum.

B At quid ego stringendis elenchorum machinis diutius immoror, cum ad suadendum ac præstandum assensum magis necessaria commodioraque ediderim; artisque vanissimæ a se ipsa dissensionem, quamvis paucis ex capitibus nemini non manifestam reddiderim: ut jam errorem istorum plane sentire ac perspicere vel pueri possint; intelligereque, in nostra omnino situm libera facultate esse, non autem in stellis, bonum aut malum efficere? Duo quippe motus in nobis sunt, uterque concupiscentia vocati: altera carnis, altera spiritus ⁶⁵: unde et nominibus discriminantur, virtutis atque vitii. Operæ pretium autem est ut pulcherrimæ et aureæ obtemperemus virtutis institutioni, optima pro malis, et quæ vitæ hæreant, eligendo.

C Sed de his jam satis. Tenebo enim me ne plura dicam, verecundia quadam ducta, ne hactenus habitos de virginitate sermones, hac parum congruente nugarum commemoratione contaminem. Et certe pudet, quod hominum meteororum cœlestiumque scientiam (seu magis inanem observationem) prudelicet solis fabulis atque figmentis dantes operam et aureæ obtemperemus virtutis institutioni, optima pro malis, et quæ vitæ hæreant, eligendo.

EUBUL. Quam pugnaciter, o Gregorium, quamque magnifice disputavit Thecla?

GREG. Quid si eam ipsam copiosa versatilique eloquentia, cum summa gratia et voluptate conjuncta, edisserentem audiisses? ut admirationi attendentibus esset, splendor omni ornatu efflorescentis dictionis; ita ex animo ac mentis penu, verisque imaginibus sermonem exsequebatur, de quibus narrationem instituerat, cum interim illius quoque facies ob verecundiam rubore suffunderetur: tota namque et corpore et animo candore collucebat.

EUBUL. Recte hæc effaris, Gregorium, neque hic mendacii prehendi poteris. Novi enim et ex cæteris heroicis actis illius sapientiam, et quæ qua-

θέντων παραδόσεων. Quem in locum Höeschelius in notis suis similia probatorum auctorum exempla colligit. Paulo post δεῖν positum pro δεῖ, ut sæpe alias in hoc opere infinitivus pro præsentí. Ed. LUPAR.

liaque illam perorare contigerit, excellentis semper in Christum charitatis documenta luculentissima edenti: utque decus una multiplicis martyrii sapientis iteratis ingentium certaminum claris victoriis gloriose tulerit, in quibus et magnanimitas aggrediendi et ardor rem gerendi, paria fuerunt, magnitudine consiliorum et mentis, ex aequo semper respondit firmitas roburque corporis.

GREG. Verissima et tu narras; sed ne his immoremur. Nam de talibus et alias sæpe, cum licet, agere inter nos poterimus. Nunc ante omnia reddere me tibi decet, quos promisi, reliquarum quoque virginum sermones, nimurum Tysianæ Dominiæque: bæ siquidem restant soleæ. Ut igitur finem dicendi Thecla fecit, iis tam multis quæ recensui peroratis, referebat Theopatra imperasse Areten Tysianæ, ut locum orandi caperet; hanc vero levius subridentem ante ipsam progressam, in haec verba dixisse.

ORATIO IX.

TYSIANA.

CAP. I. Castitas, veri tabernaculi ornatus præcipius. Ad tabernaculorum festum celebrandum, septem dies indicti Judæis, quid significant. Septenarii hujus incerta summa: nec ulli liquet, quando futura mundi consummatio sit. Mundi fabrica etiamnum completetur.

O Arete, amabilissima virginitatis amatoribus gloriatio, ego quoque auxilium tuum in rem quam jubes, imploro: ne mihi quod dicam desit, exhausto tot tamque copiosis aliorum orationibus subjectæ laudationis argumento. Quare in procemiis sermonisque insinuationibus tempus eidem operamque non perdam, ne dum exornandis quæ illis congruant moram traxero, quod præcipuum est elabatur, accessoria supervacanee captanti, adeo nimurum gloria, præclaraque ac magnifica res est virginitas.

Deus, cum celebrandæ veræ festivitatis Tabernaculorum veris Israelitis legitimum ritum in Levitico præscriberet, præ reliquis exornandum cuique tabernaculum suum castitate sancit. Apponam ipsa Scripturæ verba, ex quibus sine ulla dubitatione demonstrabitur quam Deo conveniens illique acceptum sit hoc virginitatis munus. *Quinto decimo die mensis septimi, quando consummaveritis genimina terræ, festum celebrabis Domino septem diebus: et die octavo erit requies. Et sumelis die primo fructum ligni speciosum, et spatulas palmarum, et ramos ligni densos, et salices, et ramos agni de torrente, ad laetandum coram Domino Deo vestro septem diebus anni: legitimum sempiternum in progenies vestras. Mense septimo celebrabis solemnitatem istam. Septem diebus in tabernaculis habitabis. Omnis indigena in Israel habitabit in tabernaculis: ut sciant progenies vestrae, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester* [“]. *Ergo Kύριος δ Θεός ὑμῶν.*

“ Levit. xxvii, 59-45.

(35) Καύχημα. Sic Allatius. Vat. codex et Possinius, κάλλος. COMBEFIS.

A oīa κατώρθωσεν, ὑπερβαλλούσης ἀγάπης ἐπίθεξιν ποιουμένη Χριστῷ· καὶ ως διεπρεπής πολλάκις ἐφάνη τοῖς μεγάλοις καὶ πρώτοις ἀθλοῖς ὑπαντῶσα, τῶν μαρτύρων ἵσην τῇ προθυμίᾳ τὴν σπουδὴν κεκτημένη, καὶ τῇ ἀκμῇ τῶν βουλευμάτων τὴν ρώμην τοῦ σώματος.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἀληθέστατα καὶ σὺ φῆς· ἀλλὰ μὴ διατίθωμεν. Τούτων γάρ πέρι καὶ τῶν αὐθις ἔσται πολλάκις ἡμᾶς διαλέξασθαι. Νῦν δὲ πρῶτον καὶ τῶν ἔξῆς παρθένων ἐξαγγεῖλαί με δεῖ σοι τοὺς λόγους, καθὼς ὑπέστην· μᾶλλον δὲ Τυσιανῆς καὶ Δομνίνης· αὗται γάρ ἔτι περιλείπονται. Ως οὖν ἀπεπαύσατο καὶ ἡ Θέκλα τοσαῦτα εἰποῦσα, ἐφη προστάξαι τὴν Ἀρετὴν ἡ Θεοπάτρα τῇ Τυσιανῇ λέγειν· τὴν δὲ, μειδιάσασαν, ἐμπροσθεν αὐτῆς παρελθεῖν, καὶ φάναι.

ΛΟΓΟΣ Θ.

ΤΥΣΙΑΝΗ.

Ω Αρετὴ, παρθενίας ἐρασταῖς ἐπέραστον καύχημα (35), κάγὼ συναντιληφθομένην μοι παραστῆναί σε παρακαλῶ, μήπως ἀπορήσω λόγων, ὅτε πολλῶν ἡδη καὶ παντοδαπῶν εἰρημέγων. Διὸ καὶ παραπομαὶ τὰ προοιμιώδη ταῦτα καὶ προχατασκευαστικά τῶν λόγων, ἵνα μή, χρονίζουσα προσήκοντα τούτοις ἐφαρμόττειν, αὐτῶν ἐκπέσω τῶν προκειμένων· οὕτως ἔνδοξόν ἔστιν ἡ παρθενία καὶ τίμιον καὶ μεγαλοπρεπές.

Ο Θεὸς τὴν ἕορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας διδάσκων τῆς ἀληθινῆς τοὺς ἀληθιγοὺς Ἰσραηλίτας, πῶς ἔορτάζειν δεῖ καὶ τιμῆν, ἐν τῷ Λευτεῖκῷ παρίστησι μᾶλλον τῶν διλλων ἀγνείᾳ φάσκων δεῖν τὴν ἔαυτος σκηνὴν ἔκαστον κοσμεῖν. Παραθήσομαι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Γραφῆς, ἀφ' ὧν ἀναμφισβητήτως δειχθῆσται: πᾶσιν, ὅσον καὶ Θεῷ πρόσφορόν ἔστι καὶ προσφιλές τὸ κατόρθωμα τοῦτο τῆς ἀγνείας. Καὶ τῇ περικαιδεύτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου, δταρ συντελέσητε τὰ γεννήματα τῆς γῆς, ἔορτάσετε Κυρίῳ ἐπτὰ ἡμέρας· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὁρδόῃ ἀράπανσις ἔσται. Καὶ λήψεσθε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καρπὸν ξύλου ὥραιον, καὶ κάλλιντρα φοιτίων, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς, καὶ λιέας, καὶ ἄγρου κλάδους ἐκ χειμάρρου, εὐφρατῆραι ἔρατι Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἐπτὰ ἡμέρας τοῦ ἑταντοῦ· τρόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενέας ὑμῶν. Ερ τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ ἔορτάσετε αὐτήν. Ερ σκηναῖς κατοικήσετε ἐπτὰ ἡμέρας. Πᾶς αὐτόχθων ἐτ 'Ισραὴλ κατοικήσουσιν ἐτ σκηναῖς, ὅπως ιδωσιν αἱ γενέας Κύριος δ Θεός ὑμῶν.

Πάντως ὑπολήψονται (36) οἱ Ἰουδαῖοι (ψιλῷ τῆς A Γραφῆς τῷ γραμματὶ περιπετόμενοι, ὥσπερ καὶ τὰ καλούμενα φύκια, τῶν λαχάνων τοῖς φύλλοις, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἄνθεσι καὶ καρποῖς, ὡς ἡ μέλισσα,) τούτους τοὺς λόγους καὶ τὰς νομοθεσίας περὶ σκηνῆς τοιαύτης, οἵας οὖτοι τεκταίνονται, λελέχθαι, ὡς τοῦ Θεοῦ χαίροντος ταῖς ἔξιτήλοις κατακοσμήσεσιν, αἷς αὐτοὶ κατακοσμοῦντες συσκευάζουσιν ἐκ τῶν ἀκροδρύων, οὓς συνησθημένοις τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον· ὡς αὖτα ταῦτα καὶ σκιαὶ φασματώδεις, προεξαγγέλλουσαι τὴν ἀνάστασιν καὶ πῆξιν τοῦ πεπτωκότος εἰς γῆν ἡμῶν σκηνώματος· δὲ τῇ ἑβδόμῃ χιλιονταετηρίδι πάλιν ἀθάνατον ἀπειληφότες, ἑορτάσομεν τὴν μεγάλην ἑορτὴν τῆς ἀληθινῆς Σκηνοπηγίας ἐν τῇ καινῇ καὶ ἀλύτῳ κτίσει (37), συντελεσθέντων τῶν τῆς γῆς καρπῶν, καὶ τῶν ἀνθρώπων μηκέτι γεννώντων καὶ γεννωμένων· ἀλλὰ καταπαύσαντος ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς κοσμοποίας τοῦ Θεοῦ.

Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἑξ ἡμέραις ὁ Θεός κατεσκεύασε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ συνετέλεσε πάντα τὸν κόσμον, καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἐν ἐποίησε, καὶ εὐλόγησε τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν· ἐντεῦθεν συμβολικῶς τῷ μηνὶ ἑβδόμῳ, ὅπόταν ἡδη συντελεσθῶσιν οἱ καρποὶ τῆς γῆς, ἑορτάζειν προστατόμεθα τῷ Κυρίῳ· δὲ δὴ ἐστιν, ὅπόταν οἱ κόσμος οὗτος συντελεσθῇ τῇ ἑβδόμῃ χιλιονταετηρίδι· ὅτε, ὡς ἀληθῶς ὁ Θεὸς συντελέσας τὴν οἰκουμένην, ἐφ' ἡμῖν εὐφρανθήσεται. Νῦν γὰρ ἀκμὴν ἔti τὰ πάντα δημιουργεῖται τῇ διαρκεῖ βουλήσει αὐτοῦ καὶ ἀνεννοήτῳ δυνάμει, ἀναδιδούστες ἔti τῆς γῆς τοὺς καρποὺς, καὶ τῶν ὑδάτων συναγομένων εἰς τὰς συναγωγάς· καὶ τοῦ φωτὸς ἔti διαχωριζομένου, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀνθρώπων ἔti δημιουργουμένου· καὶ τοῦ ἡλίου εἰς ἀρχὰς ἀνατέλλοντος τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς σελήνης εἰς ἀρχὰς ἔti τῆς νυκτός· καὶ τῶν τετραπόδων καὶ θηρίων καὶ ἐρπετῶν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδομένων, καὶ πτηνῶν καὶ νηκτῶν ἐκ τῆς ύγρᾶς οὐσιῶν. Τότε δὴ ὅπόταν συντελε-

B

C

D

⁶⁶ Gen. ii, 1. ⁶⁷ Psal. ciii, 31.

(36) Πάντως ὑπολήψονται. Meo periculo mutavi, quod ediderunt ac reddiderunt ambo interpretes, πάντες. Nec enim sic inscitus Methodius, ut omnium id Judæorum velit, non omnino Judæorum quibus necdum affulsit lumen Christi. Unaque hæc illi apta expressio, τὰ καλούμενα φύκια, fuci, quos vocant: notum insecti genus, ipsum iners, et apis laboribus infestum. Allatius, τὰ καλούμενα ψυχία, redditque, quæ psychia nuncupamus; in quo nonsatis laudo viri religionem. Nullius hic sensus ea vox, nec nisi pueri exscribentis, seu etiam antiquarii σφάλμα. Ψυχεῖα, seu etiam ψυχία et ψυγεῖα alio spectant, nec sunt animalium, sed loci, vel etiam somenti nomina. COMEFIS.

(37) Καὶ ἀλύτῳ κτίσει. Et hic, meo periculo, ἀλύτῳ μuto pro ἀλύπῳ. De tabernaculi enim instaurazione sermo est, et nova creatione ad quam τὸ ἄλυτον, sive ἀκατάλυτον per se spectat, oppositum τῷ καταπεπτωκάτι, insolubile et immortale, mortali et ei quod decidit, Amos ix, 11; Act. xv, 16, non ita τὸ ἄλυπον, sed quasi ex consequenti: et ut Apostolus loquitur Hebr. vii, 16, κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκατάλυτου, secundum virtutem vitæ insolubilis, ac sicut dies æternitatis: καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰώνος. Amos citatus. Sic ipse postmodum Methodius re-

Hic prorsus Judæi (circa nudam Scripturæ litteram volitantes, velut fuci circa olerum folia: non ut apis circa flores et fructus operi sedula) existimabunt, verba hæc basque præscriptiones ad ejus generie tabernaculum spectare, quale ipsi construunt: quasi Deus exilibus istis frondium ramorumque ornamentis qualia illi ex arboribus concinnant, delectetur, non intelligentes futurorum bonorum divitias: et ista nihil esse nisi levem auram umbrasque imaginarias prænuntiantes resurrectionem, erectionemque stabilem lapsi prius in terram nostri tabernaculi: quod septimo dæcum millenario annorum rursus immortale resumentes, magnam veræ Scenopegiæ solemnitatem, in nova ac insolubili creatione, consummatis collectisque terræ fructibus, celebrabimus; nemine hominum amplius aut dignente aut qui gignatur, sed Deo jam plene feriante a mundi fabricæ opere.

Quoniam enim Deus sex diebus cœlum et terram fabricatus est, ac mundum universum absolvit, requievitque die septimo ab operibus suis quæ fecerat, et benedixit die septimo, et sanctificavit eum ⁶⁸: inde symbolice mense septimo, quando jam consummati collectique sunt fructus terræ, serias agere jubemur Domino; hoc est cum mundus ipse septimo annorum millenario consummatus fuerit: quando Deus absoluto vère mundi opere, in nobis lætabitur ⁶⁹. Nunc enim adhuc omnia præpotente nutu illius procreantur, omnemque mentis cogitatum superante potentia in lucem eduntur, terra huc usque fructus producente aquisque intra sua conceptacula et paratos alveolos se recipientibus: lucis quoque divisione a tenebris hactenus durante, numeroque statuto hominum nondum expleto, sed aliis aliisque quotidie ad summam absolendum subnascentibus: sole quoque diei ortui, et luna noctis præsidentibus: et terra item prodeuntibus quadrupedibus bestiisque et reptilibus, volucribusque et natatilibus ex humili-

cepturos nos dicit, αἰωνίους σκηνὰς οὐχέτι θνητομένας ἢ λυθησομένας εἰς γῆν χώματος: quæ est ejus hic ἀλυτὸς creatio; ipsa ἀλυπος, in his duntaxat, quorum erunt ornata tabernacula, et qui digni erunt cum Christo feriari, præeunte judicio: aliis plena tormento. De septimo millenario, quo suscitanda nostra tabernacula ac futuram resurrectionem auguratur Methodius ex mysterio et requie diei septimæ, humana conjectura est, cui ipse Dominus occurrat, dum tempus illud ignotum esse decrevit, ejusque noscendi desiderium in apostolis repressit. Certe quod illos Deus celavit, humana temere disquirit sedulitas. Fore dies illos non cum observatione, ipse Dominus præmonuit; sed tunc cum nihil mundus de illis cogitabit, sed totus terrenis additus erit, uti se res in diluvio habuit. Nostrum est, ut ejus adventus exspectatione semper suspensi simus, quod etsi forte mundi consummatio nos non apprehendet; at apprehendet proxima mors, qua demum subrata nostra tabernacula, id nanciscuntur, ut vel ad vitam ἄλυτον, vel ad mortem aeternosque cruciatus sint reparanda, quo tempore Deus prælinivit, ac ubi jam electorum mundus absolutus erit. Io

da substantia. Tunc vero cum consummata fuerint statuta tempora, ac creationis opus hoc adornare Deus cessaverit, septimo mense, magna resurrectio- nis die, festum Domino celebrandum indicitur no- stræ Scenopegiæ, cujus symbola ac figuræ, dicta hæc in Levitico: quæ sedulo investigantes, nudam ipsam veritatem consideremus, operæ præstam est. *Hæc enim, inquit*⁶⁸, *sapiens audiens, sapientior erit, intellegetque parabolam et obscurum sermonem: dicta quoque sapientium et ænigmata.*

Quare pudeat Judæos, quod profundos Scriptu- rorum sensus non penetrant, existimantes nihil nisi corporalia legis ac prophetarum oraculis contine- ri; quippe terrenis ipsi rebus inhiantes, potioreque loco mundi divitias, quam animi thesaurum cen- sumque habentes. Cum enim divinæ Scripturæ, hoc dividisæ sint, ut aliæ præteritarum rerum, aliæ ea- rum quæ sunt futuræ typum exhibeant; miseri illi resilientes, futurorum figuræ agunt, ac si jam transiissent. Velut etiam in Agni immolatione, cuius mysterium in sola recordatione liberationis patrum ex Ægypto sentiunt, tunc facta, quando percussis primogenitis Ægypti, servi sunt ipsi, superlimi- naribus domorum suarum sanguine rubricatis. Nec intelligunt eo etiam præsignari necem Christi, cuius sanguine communite animæ ac consignatæ, in orbis conflagratione, ac primogenitis, filiis Satanae, internecione deletis, ab ira servabuntur, angelis ultoribus reverentibus divini sanguinis impressum illis sigillum.

CAP. II. *Figura, imago; veritas: lex, gratia, gloria. Homo immortalis conditus: mors inrecta destruendo peccato.*

Et hæc exempli causa dicta, ad demonstrandum, Judæos hinc nimis spe excidisse futurorum bonorum, quod ea quæ tractant, figuræ solummodo rerum jam gestarum esse existimant; dum nec figuræ, imaginum; nec imagines, veritatis prænuntias esse agnoscent⁶⁹. Nam lex quidem imaginis figura est et umbra, nempe Evangelii; veritatis autem imago, nempe Evangelium. Prisci enim illi homines atque lex Ecclesiæ nobis characteres prænun- tiavere, Ecclesia vero ipsas repræsentat novorum sæculorum formas. Unde et nos, qui Christum suscepimus, dicentem, *Ego sum veritas*⁷⁰, umbras quidem et figuræ scimus desiisse: ad veritatem autem festinamus, illustres ipsius imagines prænun- tiantes. *Ex parte enim adhuc, et veluti per specu- lum cognoscimus*⁷¹; quod needum venerit quod

⁶⁸ *Prov. i, 5, 6.* ⁶⁹ *Hebr. x, 1.* ⁷⁰ *Ioan. xiv, 16.*

(38) *Tékeror τοῦ Σατανᾶ.* Ita recte Allatius; nec quod aliter suadeat quidquam est. Filii Satanae, omnes reprobi, imitatione; ipsi Ægypti ac mundi primogeniti, extra sortem filiorum Dei ejusque populi; per Dei iram, non Satanae, exterminandi; quidquid absude Possinius Jenzerit, τοῦ Σατανᾶ περισσωθήσονται τῆς ὀργῆς, servabuntur ab ira Satanae. Nam, rogo, quis eum docuit, aut etiam Methodium, exterminatorem angelum Satanam fuisse, vel

A σθῶσιν οἱ καιροὶ, καὶ παύσεται ὁ Θεὸς ἔργαζόμενος ταῦτην τὴν κτίσιν, τῷ ἐνδόμῳ μηνὶ, τῇ μεγάλῃ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, ἐορτὴ συγχροτεῖται τῷ Κυρίῳ τῆς Σκηνοπηγίας ἡμῶν, ἃς εἰσιν ἐν τῷ Λευΐτειῳ τὰ λεγόμενα σύμβολα καὶ τύποι· ἢ ἔξιχνεύοντας, χρη νοεῖν τὴν ἀλήθειαν γυμνήν. Τῶν δὲ γάρ ἀκούσας, φησὶ, σοφὸς, σοφώτερος ἔσται· τοήσει τε παρα- bolὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον· φήσεις τε σοφῶν καὶ αἰρίγματα.

"Οθεν αἰσχυνέσθωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, τὰ βάθη τῶν Γραφῶν μὴ συνησθημένοι, καὶ πάντα σωματικὰ τὸν νόμον ἡγούμενοι καὶ τοὺς προφήτας εἰρηκέναι· ἀτε τῶν κοσμικῶν ἐφιέμενοι, καὶ τὸν ἔξωθεν πλοῦτον τοῦ περὶ ψυχὴν προχρίνοντες. Διαιρουμένων γάρ τῶν

B Γραφῶν εἰς τὸν περὶ τῶν παρωχηκότων καὶ μελλόν- των τύπου, ἀποπτεδήσαντες οἱ σχέτλιοι, τῶν μελλόν- των ὡς παρωχηκότων ἡδη τελοῦσι τοὺς τύπους· κα- θάπερ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ προβάτου σφαγῆς, ἀνάμνησιν τῆς κατ' Αἴγυπτον τῶν πατέρων αὐτῶν γεγενημένης σωτηρίας ἡγούμενοι μόνην εἶναι τὸ μυστήριον τοῦ προβάτου· διότε, πατασσομένων τῶν πρωτοτόκων τῆς Αἰγύπτου, αὐτοὶ διεσώθησαν, τὰς φλιάς τῶν σφε- τέρων οἷκων φοινίξαντες τῷ αἷματι· οὐκ ἔτι δὲ καὶ τῆς σφαγῆς τύπον ἡγήσαντο τοῦτο προδηλωταὶ γε- γονέναι Χριστοῦ, οὐδὲ κατησφαλισμέναι τῷ αἷματι καὶ σφραγισθεῖσαι ψυχαῖ, τῆς οἰκουμένης ἐκπυρου- μένης, καὶ τῶν πρωτοτόκων ὀλοθρευομένων, τέκνων τοῦ Σατανᾶ (38), περισσωθήσονται τῆς ὀργῆς, τῶν τιμωρητικῶν ἀγγέλων ἐκτραπησομένων τὴν ἀπὸ τοῦ

C αἵματος ἐπ' αὐτοῖς ἐκτετυπωμένην σφραγίδα.

Kαὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐπὶ παραδείγματος εἰρήσθω, δειχνυούσης, ὅτι, τὰ παρόντα τύπους ἡγούμενοι τῶν ἡδη γεγονότων οἱ Ἰουδαῖοι, τῆς ἐλπίδος τῶν μελλόν- των ἔξωκειλαν (39) ἀγαθῶν, μηδὲ τοὺς τύπους τῶν εἰκόνων βουληθέντες εἶναι προκαταγγελτικοὺς, μηδὲ τὰς εἰκόνας τῆς ἀληθείας. Οἱ μὲν γάρ νόμος τῆς ει- κόνος ἔστι τύπος καὶ σχέτλιο, τούτου τοῦ Εὐαγγελίου· ἡ δὲ εἰκὼν, τὸ Εὐαγγέλιον, αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Οἱ γάρ παλαιότεροι καὶ ὁ νόμος τοὺς τῆς Ἐκκλησίας προεξήγγειλαν ἡμῖν προφητεύοντες χαρακτῆρας· ἡ δὲ Ἐκκλησία τοὺς τῶν καινῶν αἰώνων. "Οθεν ἡμεῖς, οἱ τὸν εἰπόντα Χριστὸν, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀληθεία, δεξά- μενοι, τὰς μὲν σχέτλις καὶ τοὺς τύπους ἵσμεν πεπαυ- μένους· ἐπὶ δὲ τὴν ἀλήθειαν σπεύδομεν, τὰς ἐναρ- γεῖς αὐτῆς εἰκόνας προκαταγγέλλοντες. Ἐκ μέρους γάρ ἔτι, καὶ ὡς δι' ἐσόπτρου γιγνώσκομεν" ἐπει μη-

⁷¹ *I Cor. xiii, 12.*

eius ministrum? Potuit Deus et per eos ulcisci Ægyptum; at Scriptura non loquitur Deum fecisse, nec ad Methodium attinebat istiusmodi insinuare, vel alterius quam Dei, iræ meminisse: qua ipsa reprobi aeternis poenis in judicio addicentur, evanescere jam omni principatu et potestate, singuli pro reatus merito illi poenas dantes. COMBEFIS.

(39) *Ἐξώκειλαν.* Vocis hujus hic clara acceptio, quam supra vindicamus, ut sit excidere, frustrata

δέπω τὸ τέλειον ἔχειν (ἢ βασιλεία τῶν οὐρανῶν καὶ ἡ ἀνάστασις,) εἰς ἡμᾶς, δεῖς καταργῆσεται τὸ ἐκ μέρους. Τότε γάρ αἱ σκηναὶ πάγυνονται πάντων ἡμῶν, διότε, τῶν διτῶν συγκολλωμένων καὶ συμπηγνυμένων ταῖς σφράγεσιν, ἀνίσταται σῶμα. Τότε τὴν ἡμέραν τῆς χαρᾶς ἑορτάζομεν Κυρίῳ εἰλικρινῶς, ὅπότε τὰς σκηνὰς αἰώνιους ἀποληψόμεθα, οὐκέτι θυντούμενας ή λυθησομένας εἰς γῆν χώματος. Ἡν γάρ ἡμῶν καὶ πρόσθεν ἀπτωτος ἡ σκηνή (40)· ἀλλὰ διὰ τὴν παράβασιν ἐσαλεύθη καὶ ἐκλιθη, τοῦ Θεοῦ τὸ ἀμάρτημα λύσαντος θανάτῳ, ἵνα μή, ἀθανάτως ἀμαρτωλὸς ὁ δινθρωπος ὅν, ζώσης ἐν αὐτῷ τῆς ἀμαρτίας, αἰωνίως κατάκριτος γενηθῇ. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τέθνηκεν οὐ γενόμενος θνητὸς ή φθαρτὸς, καὶ διεκρίθη τῆς σφράγεσις ἡ φυχὴ, ἵνα νεκρωθῇ διὰ τοῦ θανάτου τὸ παράπτωμα, μηκέτι δυνάμενον ζῆν ἐν τῷ τεθνήσκεται. Ὁθεν, ἀποθανόντος τοῦ παραπτώματος καὶ διεφθαρμένου, πάλιν ἀθανάτος ἀνίσταμαι, καὶ ὑμῶν τὸν Θεόν, τὸν διὰ θανάτου τὰ τέκνα ἐκ θανάτου σώζοντα· καὶ ἑορτάζω νομίμως αὐτῷ, κοσμήσασα τὴν σκηνήν μου, τὴν σάρκα, τοῖς χαλοῖς, ὥσπερ κάκει ταῖς πενταφύτοις αἱ παρθένοι λαμπάσιν (41).

Cap. III. Quomodo se quisque ad futuram resurrectionem comparare debeat.

Εξεταζομένη τῇ πρώτῃ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, εἰ φέρω τὰ προστεταγμένα· εἰ κεκόσμημαι τοῖς τῆς ἀρετῆς καρποῖς· εἰ τοῖς κλάδοις τῆς ἀγνείας κατασκιάζομαι. Νόει· γάρ μοι τὴν ἀνάστασιν εἶναι τὴν σκηνοπηγίαν. Νόει μοι καὶ τὰ εἰς τὴν σύνθεσιν παραλαμβανόμενα τῆς σκηνῆς τὰς πράξεις εἶναι τῆς δικαιοσύνης. Λαμβάνω οὖν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ τὰ ὑποτεταγμένα· οἰοντεὶ τῇ ἡμέρᾳ ή κρίνομαι, εἰ τὴν σκηνὴν ἐκδημητά μου τοῖς προστεταγμένοις· εἰ εὑρίσκονται ταῦτα ἐν αὐτῇ, ἀπερ ἐνταῦθα μὲν ἐν τῷ κόσμῳ κτήσασθαι προστασόμεθα· ἐκεῖ δὲ προσφέρειν τῷ Θεῷ. Ιτε γάρ, καὶ τὰ ἔξης ἐπισκεψώμεθα.

Καὶ λήγεσθε διανοῖς τῇ πρώτῃ, φησίν, ἡμέρᾳ, καρπὸν ξύλου ὠραιότερον, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς καὶ ιτέας, καὶ ἄγρου κλάδους ἐκ χειμάρρου, εὐθραυσθῆναι ἐραττοῖς Κυρίοι τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. Καρπὸν ὠραιότατου ξύλου οἱ τὴν καρδίαν ἀπερίτητοι Ίουδαιοι διὰ τὸ μέγεθος τὸ κίτρινον ἔγοῦνται τυγχάνειν· οὐδὲ ἐγκαλύπτονται κιτρίνω τὸν Θεόν λέγοντες τιμάσθαι, φ τὰ τετράποδα πάντα τῆς γῆς οὐκ εἰσίν

⁷² Dan. xii, 2. ⁷³ Matth. xxv, 7. ⁷⁴ Levit. xxiii, 40.

scilicet spe, metaphora illorum qui sc̄ porium assecutos putantes, illis impingunt ac pereunt, seu naufragium faciunt. COMBEFIS.

(40) Ἡρ ὀπτωτος ἡ σκηνή. Refer. Leo Allatius Michaelis Glyceae epistola, qua aii probare multis sanctorum dictis, finisce hominem animo et corpore creatum immortalem, quibus ipse Methodium adiungit, id clare hoc asserendum. Et certe id docere Methodium negari non potest; et qua immortalitate, nec ipse satis explicat, nec alii Patres. Sane si ὀπτωτος ἡ σκηνή, unde quod erruit? nisi quod subjecta Adami arbitrio eius immortalitas, quam servaret si vellet, ut et fecit. Non erat ergo immortalitas quasi positiva, et ex principio intrinsecis, qualis erit a resurrectione, per quam omnibus σκη-

A perfectum est (nimirum cœlorum regnum et resurrectione) quando evacuabitur quod ex parte est. Tunc enim firma basi erigenda omnium nostrum tabernacula, quando, iterum agglutinatis et compactis cum carne ossibus, resurget corpus. Tunc festam gaudii lucem sincere Domino celebrabimus, cum æterna tabernacula receperimus, non amplius moritura aut dissolvenda in pulverem tumuli⁷². Erat enim nostrum immobili prius statu fixum tabernaculum: sed per transgressionem motum, et in terram inclinatum est; Deo per mortem peccatum dissolvente, ne immortalis homo peccator vivens, vivente in eo peccato, in sempiternum maledicō obnoxius foret. Propterea etiam mortem obiit, cum morti obnoxius creatus non fuisset aut corruptioni: B sejunctaque est a carne anima, ut interiret per mortem peccatum, non valens amplius in demortuo vivere. Unde mortuo peccato et corrupto, rursus immortalis resurgo, Deumque laudo, qui per mortem filios a morte liberet: inque ejus honorem legitime diem festum celebro, ornans tabernaculum meum (carnem scilicet) operibus bonis, ut et illic virgines, quinque lucernarum accensis lampadibus⁷³.

Prima resurrectionis die in examen adducta, an ea afferam quæ sunt imperata: an virtutis operibus decorata sim, an ramis castitatis opacer. Reputa enim resurrectionem, tabernaculi erectionem esse. Reputa quæ in tabernaculi compositionem assumuntur, justitiae esse opera. Sumo igitur prima die quæ subduntur, nempe quo die in judicio sistor, si tabernaculum meum præceptis ornavi: si hæc in illo inveniuntur quæ hic in sæculo comparare jubemur, ac ibi offerre Deo. Agite enim, et quæ deinceps sequuntur consideremus.

Sumetis, inquit, vobis prima die fructum ligni speciosum, et ramos ligni densos, et salices, et agni ramos de torrente, ad lœtandum coram Domino Deo vestro⁷⁴. Fructum ligni pulcherrimum incircumcisus corde Judæi, ob sui magnitudinem, citrum esse arbitrantur; neque eos pudet dicere, Deum citrocoli: cui ne omnia quidem terræ quadrupeda in holocaustum ipso dignum sufficerint, aut tbus in

D vās recipiemus, corpora in sempiternum conjuncta, nec unquam intermoritura, sed quasi parata extrinsece Deique munere, qui hominem creaverat ut immortalis esset; et qui ipse mortem non fecit, ut dicitur Sap. i. 15. Congruentia Methodii inductæ mortis, ut ea peccatum moreretur, in vi congruentiae valet, non rationis quæ cogat, cum præcipue reatus culpæ non in corpore sit, sed in animo qui immortalis est; et quem ipsum aboleri necesse esset, ut quasi abolito subjecto, aboleri peccatum censeretur ac deficeret. Alia ergo querenda peccati destructione, animi in Deum conversione et infusione gratiae, extra quam nulla corporis mors peccatum abolet. Id.

(41) Ταῦς πενταφύταις... λαμπάσι. Nempe om-

incensum. Prorsusque, o dura ac ferrea pectora! si citrus pulcher vobis videtur, quidni et uva potius pulchra? quidni et malum granatum cæterique arborum fructus et poma multo citro præstantiora? Sane in Canticō canticorum ⁷⁵ Salomon, horum omnium pulchrorum fructuum mentione facta, unum duntaxat malum citrum silentio præteriit. Sed hoc imprudentes decipit, quod non intellexerunt, lignum vitæ quod prius paradiſus ferebat ⁷⁶, nunc iterum Ecclesiam omnibus germinasse, quod pulchrum ac decorum fidei fructum faciat.

Talem nos fructum ad tribunal Christi accedentes afferre necesse est primo solemnitatis die: quo si nos quoque destituamur, non poterimus cum Deo fieri, nec partem nanciscemur, ut auctor est Joannes ⁷⁷, *in resurrectione prima*. Lignum enim vitæ est omnium primogenita Sapientia: *Lignum vitæ est iis qui apprehenderint eam*, ait propheta, *et eis qui innituntur super ipsam quasi super Dominum secura* ⁷⁸. *Lignum plantatum secus decursus aquarum*, quod fructum suum dabit in tempore suo ⁷⁹: doctrina est et charitas et prudentia, tempore opportuno illis disperita qui ad aquas redemptionis accedunt.

Qui non credit Christo, neque eum esse principium et lignum vitæ intellexit, is cum non possit Deo ostendere tabernaculum suum pulchrorum fructuum speciosissimo ornatum, quomodo festum celebrabit? quomodo lætabitur? Vis nosse pulchrum ligni fructum? Considera sermones Domini nostri Jesu Christi, ut sunt speciosi forma præ filiis hominum ⁸⁰. Pulcher fructus germinavit per Moysem, nempe lex; sed non ita pulcher ut Evangelium. Lex enim

A εἰς ὀλοκαύτωσιν ικανὰ, καὶ ὁ λίβανος εἰς καῦσιν (42). Καὶ ἄλλως εἰ τὸ κίτριον, ὡς ἀτεράμονες! ὥραιον (43), διατί μὴ καὶ ἡ σταφυλὴ μᾶλλον ὥραια; διατί μὴ καὶ ἡ φοιά; διατί μὴ καὶ τὸ μῆλον καὶ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα, τὰ μᾶλλον διαφέροντα τοῦ κιτρίου; Ἀμέλει ἐν τῷ "Ἄσματι τῶν φιλοπάτων, πάντων ὁ Σολομῶν τούτων ὥραιών μνημονεύσας, τὸ κίτριον ἀπεσιώπησε μόνον. Ἀλλὰ τούτων ἀπεβουκολήθησαν οἱ ἀφρονες, μὴ νοήσαντες τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὃ πρόσθεν μὲν ὁ παράδεισος ἔφερε, νῦν δὲ πᾶσιν ἀνεβλάστησεν ἡ Ἐκκλησία, τὸν ὥραιον καὶ εὐπρεπῆ τῆς πίστεως ποιοῦν καρπόν.

B Τοιοῦτον ἐληλυθότας καρπὸν τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ εἰς τὸ δικαστήριον ἡμᾶς κομίζειν δεῖ Χριστοῦ. ἐὰν μὴ τοιοῦτον σχῶμεν καὶ ἡμεῖς καρπὸν, οὐ δυνησόμεθα συνεορτάσαι Θεῷ· οὐ τευχόμεθα, κατὰ τὸν Ἰωάννην, τῆς πρώτης ἀραστάσεως. Τὸ γάρ ξύλον ζωῆς ἐστιν ἡ πρωτότοκος πάντων σοφία· Εὔλογος ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντεγομένοις αὐτῆς, φησὶν ὁ προφήτης, καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐπὶ Κύριον, ἀσφαλῆς. Εὔλογος παρὰ τὰς διεξόδους πεφυτευμένορ τῷρ ὑδάτωρ, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐρ καιρῷ αὐτοῦ, διδασκαλία καὶ σύνεσις ἐστιν, ἐν καιρῷ προσήκοντι τοῖς τῆς ἐπὶ τὰ ὑδάτα ἀπολυτρώσεως ἀφικνουμένοις διδομένη.

C Ο μὴ πιστεύσας Χριστῷ, μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν εἶναι καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἡσθημένος, οὐκ ἔχων δεῖξαι τῷ Θεῷ τῷ ὥραιοτέρῳ τῶν ὥραιών καρπὸν τὴν σκηνὴν αὐτοῦ κεκοσμημένην, πῶς ἑορτάσει; πῶς εὐφρανθήσεται; Θέλεις γνῶναι τὸν ὥραιον καρπὸν τοῦ ξύλου; ἐπίσκεψον τοὺς λόγους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πῶς εἰσιν ὥραιοι παρὰ τοὺς νιοὺς τῷρ ἀνθρώπων. Ωραῖος καρπὸς ἐνδιάστησε διὰ Μωϋσέως, ὃ νόμος· ἀλλ' οὐχ οὕτως ἦν ὥραιος ὡς τὸ

⁷⁵ Cant. iv, 13. ⁷⁶ Gen. ii, 9. ⁷⁷ Apoc. xx, 6. ⁷⁸ Prov. iii, 18. ⁷⁹ Psal. i, 3. ⁸⁰ Psal. xliv, 5.

nibus sensibus in morem lampadum accensis in cultum virginitatis; ita scilicet ut singuli illi sensus studeant, nihilque libidinosum aut abhorrens a castitatis legibus sua quisque operatione admittant, ut in superioribus Methodius ipse exposuit, debuisse meminisse Possinius ne παντοφύτοις legeret ac detorqueret, *plene lucentibus*, ut ipse reddit. *CONFESS.*

(42) *Kαὶ ὁ λίβαρος εἰς καῦσιν. Κατὰ κοινοῦ, πᾶς ὁ λίβανος τῆς γῆς. Quidquid thuris et incensi habet terra, ut de pecudibus dixerat; utrumque genus oblationum significans, utroque altari, holocaustorum et thymiamatum quæ in Dei cultum, quidquid demum offeratur, nunquam sufficient. Quod jam illi omnia debita; et ab eo, pro ejus majestate, infinite remota. At, quid Possinius? Libanum ejusque nemora sibi commentus est, qui ipse in altare verteatur, et unde ad comburendum holocausto sufficeretur: sic enim amica paraphrasi, saepius auctori minus officiosa Cujus mons totus Libanus altare, et cunctæ illius silvæ, pyræ forent. At, quid Libano cum altari, quæve ejus religio, aut quæ in illo antiquo ritu, obtata Deo holocausta, ut sic ex eo debuerit Methodius exemplum petere, et non ex suis Lyciae aliisque vicinioribus montibus, quibus nec silvae desint; etsi forte deest thus, uti et Libano; Sabaeorum regione proveniens, non Libano monte; mirumque, quod unum attendit Methodius, si id interpreti διμωνυμίᾳ decepto, nec in mentem venisse. Id.*

(43) *Et τὸ κίτριον... ώραιον. Possinius, quod*

D ubique textus sacer, et interpretes et Methodius fructum dicunt, citrum, repente in arborem mutavit; ut et sequentia quibus aliis comparatur, quæ videantur vel æquare vel etiam superare ejus pulchritudinem; uvas, malogranata, mala pomaque; nova certe, nimiæque in interprete licentiæ metamorphosi. Fructum speciosum, sive etiam, ut alii malunt, arboris speciosæ, citrus est, ut communiter tradunt Hebræi; præiveritque Targum. Onkelos, qui illud Hebræi textus, *fructum ligni decoris*, exposuerit, *fructum ligni citri*. Manahem et Gerund Rabbini, ipsam volunt arborem, cuius esu Adamo interdictum, penes quos sit fides: nam quis revelavit? Auream arborem vocat interpres Arabicus. Josephus ἐξ φοινίκων καὶ κιτρίων, *ex palmis et citris*, (quibus conferta Palæstina) instruere solitos refert Iudeos sua hæc tabernacula: et modo instruunt, quibus locis suo ritu sinuntur vivere, ambitioso sane apparatus, quoad per facultatem licet. Methodius, quod negare videtur, fructum illum ὥραιον, *speciosum*, vel (ut schol.) ἔνδοξον, *gloriosum*, suis citrum, rem non conficit: sed quod Iudei non alio mente ferant, nec intelligent aliquid spiritale horum symbolo designari. Commodior citri ornatus tabernaculo, quam vel uvarum, vel aliorum quæ ille refert, quod ipsa arbor et folia ramique non facile marcescant, ipsaque decorem malo augeant, et ab illo hauriant: quodque ipsum malum dies non paucos integrum perseveret et odoratum. Id.

Εὐαγγέλιον. Ἐκεῖνος μὲν γάρ τύπος τις ἦν καὶ σκιὰ τῶν μελλόντων πραγμάτων· τοῦτο δὲ ἀλήθεια καὶ ζωῆς χάρις. Ὡραῖος ἦν τῶν προφητῶν ὁ καρπός· ἀλλ' οὐχ οὕτως ὥραῖος, ὡς ὁ ἐξ αὐτοῦ γεωργούμενος, τῆς ἀφθαρσίας.

CAP. IV. Mens depurgatis vitiis perspicacior. Animi ornatus ac virtutum series. Charitas densa et constipata Castitas, omnium postremus ornatus. Ipse matrimonii castigandus usus.

Kai λήψεσθε ἑαυτοῖς τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καρπὸν ξύλου ὥραιον, καὶ κάλλυντρα φοινίκων· λέγων τὴν ἀσκησιν τῶν θείων μαθημάτων, οἷς ἐκκαθαίρεται καὶ κοσμεῖται ψυχὴ νικῶσα τὰ πάθη, ἀποσαρουμένων (44) ἐξ αὐτῆς καὶ ἐκβαλλομένων τῶν ἀμαρτημάτων. Δεῖ γάρ καθαροὺς καὶ κεκοσμημένους ἤκειν εἰς τὴν ἔορτήν, ὥσπερ κοσμήτρῳ ταῖς ἀσκήσεσι καὶ μελέταις τῆς ἀρετῆς πεφιλοπονουμένους· ὅτι μελέταις ἐπιπόνοις καὶ ἀσκήσεσι καθαιρόμενος ὁ νοῦς τῶν ἐπικαλυπτόντων αὐτὸν ἄλλοιων διανοημάτων, δξυδερκεῖ πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Καθάπερ καὶ ἡ χήρα τὸν καδράντην ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀνεύρατο, μετὰ τὸ σαρώσαι τὸν οἶκον καὶ βίψαι τὰ κόπρια, τὰ ἐπισκοτοῦντα καὶ καλύπτοντα πάθη τὴν ψυχὴν, τὰ ἀπὸ τῆς θρύψεως ἡμῶν καὶ τῆς ἀμελείας πληθύνοντα.

C *Kai τοίνυν ὁ σπουδάζων εἰς τὴν ἔορτήν τῶν Σκηνῶν ἐκείνων φθάσαι, καὶ τοῖς ἀγίοις συγκατάλεχθῆναι, πρῶτον τὸν ὥραιον τὴν πίστιν κτησάσθω καρπόν· εἴτα τὰ κάλλυντρα, τὴν ἀσκησιν καὶ μελέτην τῶν Γραφῶν· εἴτα τοὺς ἐριθηλέας ἐφεξῆς κλάδους τῆς ἀγάπης καὶ δασεῖς, οὓς καὶ μετὸς τὰ κάλλυντρα παρεγγυᾷ λαμβάνεσθαι, κλάδους δασεῖς εὐθυδολώτατα, τὴν ἀγάπην φράσας· τὸ γάρ δασὺ κατάκαρπον ὅλον ἐστὶ καὶ πυκνὸν, μηδὲν ψιλὸν ή διάκενον ἔχον, ἀλλὰ πάντα πεπληρωμένον, καὶ τοὺς δρπηκας καὶ τὰ στελέχη. Τοιοῦτον γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη, μηδαμόθεν ὑπόκενος ή ἄκαρπος οὖσα. Ἡ γάρ, ἐὰν πωλήσω τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ δώσω πτωχοῖς· καὶ ἐὰν τὸ σῶμά μου πυρὶ παραδώσω, καὶ ἐὰν τοσαύτην πίστιν, ὥστε δρη μεθιστᾶν, κτήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι. Ἀγάπη δρα τὸ κατάκαρπόν ἐστι καὶ δασύτατον ξύλον πάντων, ἡ γέμουσα καὶ πεπληρωμένη τῶν χαρίτων.*

E *Iετα τὶ παραλαμβάνεσθαι βούλεται καὶ ἔτερον; τοὺς κλάδους Ιετίνους, φησὶ, τὴν δικαιοσύνην κλάδους Ιετίνους κικλήσκων, ἀνθ' ὧν οἱ δίκαιοι, κατὰ τὸν προφήτην, ὡς ἀραιμέσον ὑδατος ἀνατέλλουσι χόρτος, καὶ ὡς Ιετα ἐπὶ παραρρέον ὑδωρ, θάλλοντες τῷ λόγῳ. Καὶ ἐπὶ πᾶσι, τοὺς ἀγνίνους ἐπικοσμοῦντας τὴν σκηνὴν παρακελεύεται προσφέρεσθαι κλάδους,*

⁸¹ Levit. xxiii, 40. ⁸² Marc. xii, 42. ⁸³ I Cor. xiii, 2, 3.

44) Ἀποσαρουμέρων. Hic item, meo periculo, vocis monstrum ejicio, quod altinet ad Methodii propositum, ἀποσαρουμένων. Conati quidem redere Leo Allatius, a suis carnibus divulsis; Possinius, evulsis. Verum non haec illius vocis acceptio, sed in carnem concretis, ut cum cicatrix obducitur, et caro enascitur: quod nemo non videt, quam non apte jungatur ejectioni peccatorum. Est ergo ἀποσαρουμένων, ita ut everrunt peccata et ejiciantur; sive everritis ejecitisque peccatis; quam postmodum

A figura quædam erat et umbra futurarum rerum; Evangelium autem veritas est, et vitæ gratia. Pulcher erat prophetarum fructus, sed non ita pulcher, ut qui ex ipso legitur, incorruptionis fructus.

Et sumetis vobis prima die fructum ligni speciosum, et spatulas palmarum ⁸¹. Nempe divinarum disciplinarum exercitationem significans, quibus emundatur et ornatur animus vitiorum victor, everritis ex ipsa ejectisque peccatis. Mundos enim atque ornatos ad festum venire necesse est, tanquam mangonio quodam, religiosis operibus virtutisque exercitiis magnifice comptos ac expolitos. Laboriosis enim id genus exercitamentis depurgata mens, a diversarum cogitationum illam obtundentium offusa nebula, acute veritatem cernit. Ut etiam vidua in Evangelii ⁸² quadrantem invenit, cum domum everriisset et sordes ejecisset; vitia scilicet obscuringia animum ac obnubentia, quæ per nostram mollitiem ac socordiam ingenti nobis segete augeantur.

